Librorum

Mat: — 5 1/2
2 1/2

IOHANNIS LEVSDENI
DE
DIALECTIS N. T
SINGVLATIM
DE EIVS HEBRAISMIS
LIBELLVS SINGVLARIS

DENVO EDIDIT

IOH. FRIDER. FISCHERVS

LIPSIAE

APVD VIDVAM B. GASP. FRITSCHII

A. C. N. CIↃIↃCC LIIII

VIRO ILLVSTRI

ATQVE EXCELLENTISSIMO

IOHANNI FRIDERICO GRVNERO

SERENISS. DVCIS SAX. COB. ET SALF
A CONSILIIS INTIMIS AVLAE ECCLESIASTICI
QVE SENATVS COBVRG. PRAESIDI
C E T

PATRONO MAXIMO

Quum Leusdeni, Viri docti, de Hebraismis Noui Testamenti Commentariolum de nouo edere animum induxissem, meminissemque, quanti a Te, Vir Illustris, genus litterarum hoc fieret, et cum paterna necessitudo, tum Tua in me beniuolentia, me iam diu, veluti admonitrices quaedam, non rogassent, sed flagitassent, vt qua in Te obseruantia a puero fuissem, eam monumento aliquo testa-

*tam poſteritati relinquerem: eae
quo modum tandem et finem conui-
cio facerent, neque me obtunderent
amplius, nemini a me vel debere
prius inſcribi vel poſſe rectius hunc
libellum, quam Tibi, Excellentiſ-
ſime Vir, exiſtimaui. Namque
Tu quidem me non modo puerum
aduleſcentulumque, diſciplinae Caſi-
mirianae adhuc alumnum, ſingulari
quodam amore vſque complexus fui-
ſti, quem mihi eo inprimis declaraſſe
ſemper viſus es, quod Filiôs Tuos,
mihi vt aequales, ita cordi meo ob
virtutem doctrinamque cariſſimos,
fere nullo diſciplinarum liberalium
genere erudiendos curaueris, quum
non vel auctor Parenti meo eſ-
ſes, vt me quoque iis imbui iuberet,*

 vel,

vel, ſi hic ſponte ſua artem aliquam, ingenio liberi hominis induſtriaque dignam, a me addiſci vellet, me ab iiſdem cum Tuis inſtitui magiſtris, idoneis ſane, paterere; ſed quum poſtea a Patre in vrbem hanc, vt cultum ingenii maiorem caperem, miſſus eſſem; non ei ſolum ſaepius et aliis, quam ſtudioſus mei et amans eſſes, oſtendiſti, ſed egomet ipſe, quum mihi, ter interea in patriam profecto, facultas et copia Tui ſalutandi eſſet, facile potui vel e vultu atque ſermonibus, quos Tibi mecum, quae Tua eſt humanitas, inſtituere placuit, quam vehementer Tu rebus meis faueres, intellegere. Cuinam itaque prius et potius dicari a me hic libellus debuiſ-

ſet, quam ei, a quo ego a pueritia eximie amatus eſſem, atque cum maxime diligar? Sed vt nec rectius idem poſſe cuiuſquam alius nomini, quam Tuo, Vir Illuſtris, inſcribi videretur, non magis incredibilis amor, quo genus doctrinarum id, ad quod liber ille pertinet, proſequeris, fecit, quam ipſa egregia, quae in Te eſt, harum litterarum ſcientia. Etenim commemineram, Te ſaepenumero notare et ridere egregie inſipientem eorum homuncionum ſapientiam, qui, omiſſo verae ſolidaeque doctrinae ſtudio, maxime operam darent hoc, vt Poëtae, ſi diis placet, et Oratores vernaculi fierent; auctoremque et mihi et Filiis Tuis, adhuc pueris, exiſtere, vt Graeca-

rum litterarum Latinarumque, quarum comitatu ſolo in verae eruditionis arcem penetrare et ad virtutis calcem decurrere contingeret, iuſtam perfectamque ſcientiam conſequi ſtuderemus. Quo ex iudicio Tuo, intellegentiſſimo ſane et ſaniſſimo, amari a Te et foueri vtriuſque litteraturae doctos, nec mediocriter Te metipſum, Sapientiſſime Grunere, illius peritum eſſe, ſatis intellegitur. Quis enim poſſit artem diſciplinamue eam, cuius ipſe expers indoctuſque ſit, ſincere nec temere, ſed iudicio amare, alioſque ad ſtudia eius ardenter cohortari? Quae quum ita ſint; videor mihi certo ſperare poſſe, Te haud iniquo animo eſſe laturum, quod Tuo nomini Excellentiſſimo paruum hunc te-

nuemque libellum, etsi alienum, inscribere sustinuerim. Deus Te incolumem diu et saluum cum Domo Tua Illustri conseruet praestetque Tibi felicitates, Tuo litterarum bonarum amore et scientia meritisque in patriam communem dignas, hoc est, maximas et quam plurimas. Me vero, Fratremque in primis meum, vt et posthac commendatissimum Tuae beniuolentiae patrocinioque velis habere, vehementer etiam atque etiam rogo

ILLVSTRIS NOMINIS TVI

Scr. Lipsiae
a d. III *Idus Martias*
a. C. N. CIↃIↃCCLIIII

cliens addictus

Ioh. Frid. Fischerus

PRAEFATIO

Nihil magis vnquam miratus ſum neque deſinam forte mirari, quam quod fuerint et patrum memoria et noſtra, qui maliuolentia obcaecati atque temeritate impulſi eo prolaberentur, vt contenderent, genus loquendi, quo vſi ſunt N. T. ſcriptores, pure Graecum atque Atticum adeo eſſe, et qui contra diſputaſſent, eos inſcitiae ſermonis Graeci atque ignorantiae maximae inſimulare ſuſtinerent. Ambitus enim verborum, modus tranſeundi ad alia et inferiora iungendi connectendique cum ſuperioribus, omninoque ratio diſputandi et narrandi, totius denique orationis

forma et velut compages, linguae Hebraicae ingenium ita referunt, vix vt filia sic parentis os atque vultum referre queat; et formulae dicendi ipſae earumque et vocabulorum ſingulorum in N. T. vſus atque poteſtas, a natura et indole linguae Graecae, ita abhorrent et tam longe abſunt, vt qui ſermonis vtriuſque doctus ſit, non poſſit non in eam opinionem venire, vt arbitretur, bonos iſtos orationis N. T. defenſores aut neutram linguam tenuiſſe, aut ſi tenuerint, certe tum, quum tam portentoſam hanc opinionem omniumque monſtruoſarum monſtruoſiſſimam parerent et proferrent, vel, vt fanatici homines et Cerriti ſolent, inſaniuiſſe, vel, ſenum more et ritu, deliraſſe. At ſic dei auctoritatem laudeſque et maieſtatem vehementer imminui deprimique nimio opere et violari aiunt, quaſi ille, vt linguarum omnium auctor, non curare potuiſſet atque efficere, vt Apoſtoli in conſignando Nouo Foedere eo dicendi genere Graeco, quod Atticum eleg-

gantia ac munditie etiam ſuperaret; non modo aequipararet, vterentur. Sed bona verba, quaeſo. Non enim hac in cauſſa quid facere potuerit deus quaeritur, ſed quid debuerit facere, ſi conſtare ſibi neque pugnare ſecum ipſe vellet, conſiderari oportet. Iam vero fac, magiſtrum aliquem Latine doctiſſimum diſciplinae ſuae alumnis, qui vix initia Latinae linguae perceperint, ſed theotiſci ſermonis apprime gnari ſint, epiſtolam Latinam, quam cum ab ipſis diſcipulis, tum ab aliis Latinae linguae aeque ignaris, intellegi velit, dictare. nonne magiſtrum talem, quoniam conſilium alias non aſſequeretur ſuum, rationem habere in dictando vernaculae magis, quam Latinae, linguae oportebit? Num vero inde colligas, non potuiſſe eum mentis ſuae ſenſa magis Latine exprimere? num putes, detrahi quidquam de eius ſcientia linguae Latinae, ſi dicas, epiſtolam non Latini, ſed vernaculi ſermonis indolem referre? Immo ille, ſi tu aliter ſentires, vehementer

lae-

laesam suam auctoritatem et sapientiam putaret. Significares enim, te credere, eum id, quod sibi proposuisset, tenere non potuisse. Eodem modo Apostoli, vt ex historia illorum temporum constat, Graece vel nihil vel certe perparum, multo minus Attice, sciebant: Hebraici vero sermonis, vt vernaculi, peritissimi erant. argumentum enim, quod pro Apostolorum eruditione Graeca plerumque a linguarum dono petitur, nullius plane ponderis est. nam donum illud temporarium et subitum, non perpetuum et diuturnum erat. Si enim Apostoli sciuissent Graece, quid multis eorum postea opus fuisset, vt iam Salmasius in Commentario de Hellenistica non temere monuerat et Lamius in libro de Apostolorum eruditione pluribus demonstrauit, interpretibus? His igitur Apostolis deus volebat dictare quasi sua ad homines, maximam partem Graece indoctos, Hebraice doctissimos, mandata. Nonne ergo necesse erat, vt, si quidem vellet sui huius consilii ad effectum peruenire, lingua vteretur non

Grae-

Graeca, nedum Attica, ſed Hebraeo Graeca? Quid igitur contumeliae inde? quid iniuriae in deum? Nonne vero ii potius de ſapientia dei detrahant, qui dicant, eum conſilium aſſequi non potuiſſe ſuum? Itaque aut demonſtrent defenſores orationis N. T. Graecae, Apoſtolos Graece ſciuiſſe, hominesque eorum temporum linguae Atticae gnaros fuiſſe; aut fateantur tandem et concedant, neque genus dicendi N. T. pure Graecum, multo minus Atticum, eſſe, neque eos, qui id aiant, auctoritatem dei laudeſque minuere et deprimere, ſed extollere potius atque augere

Primus, qui puritatem Graeci ſermonis N. T, impulſu maxime Georgii Paſoris vtque Cocceii, aequalis ſui, laudem doctrinae, ſi poſſet, obtereret, ſingulari libello defendere conaretur, Sebaſtianus Pfochenius fuit. Qui quum inſcite admodum et imperite ea in re verſatus eſſet; eum mox egregie refutauit Tho. Gatakerus, neque ita multo poſt Moſes Solanus. Neque tamen, vt fit, defuere, qui, vt ſuam, credo, pietatem in deum, quia

ruditionem non poterant, doctis homini-bus probarent, Pfochenii partes sibi defendendas sumerent. In his facile, vt in grege tauri, eminent Blacualus et Nonnemo alius, quorum in primis hic Camerarios, Bezas, Erasmos, Salmasios, Casaubonos, Grotios, Heinsios, truncos et stipites et ligna, se vero ipsum Mercurium, putat. Verum vterque caussam suam tam male defendit, tamque inepte et stulte contra alterius sententiae auctores et principes disputauit, vt neminem facile vel mediocriter doctum reperiri credam, quin, si libros eorum legat, cogatur exclamare: *δότε μοι λεκάνην*. Et quoniam non timendum erat, ne quis ratiunculis eorum, quibus pugnare in linguis omnino stultum est, moueretur, vt, nostris partibus relictis, se in eorum castra coniiceret; factum esse videtur, vt nemo, ne tempus et operam perderet, confutare bonos hosce Viros vsque adhuc instituerit. Contra vero inter nostrae causae patronos atque propugnatores, praeter Ioh. Olearium et Gatakerum, facile princeps est Ioh. Vorstius, qui

singu-

ſingularem de Hebraiſmis N. T. Commentarium edidit, vbi eos, reiecta, idoneis hercle argumentis, Gaſp. Vuyſſii ratione, in vnam et triginta claſſes deſcripſit. Quem librum omnium ſemper intellegentium puncta tuliſſe, eo mi nus videtur mirandum, quia auctor eius, praeter noſtrorum hominum morem, non modo Latinae linguae valde peritus fuit, ſed Graecè etiam atque Hebraice doctiſſimus. Sed quum liber ille paullo rarior factus eſſet, et neque emi ab omnibus ſacrarum litterarum ſtudioſis ob magnum pretium, neque ob ipſam magnitudinem legi, poſſe videretur; Ioh. Leuſdenus ſe operae pretium facturum ſperauit, ſi inde, omiſſis minus neceſſariis, excerperet ea, quibus reliqua intellegi a quoque et reperiri ſponte poſſent. Hunc igitur Leuſdeni libellum, qui in eius Philologo Graeco habetur, poſt Iac. Rhenferdium [a], Virum haud

a Is eum cum aliis huius generis libellis, vt Ioh. Olearii, Boecleri, Pfochenii, Cocceii, Bebelii, Solani, Cheitomaei, Hottingeri, Vorſtii, Andr. Keſleri, popularis mei, et Ioh. Iungii, quaternis edidit Leouardiae a C. N. CIƆIƆCCI. Index libri eſt: *Diſſertationum Philologico Theologicarum de Stylo N. T. Syntagma.*

haud ſane indoctum, de nouo, in tironum maxime gratiam, edere placuit, vt iis mature via digito quaſi demonſtraretur, quam, ſi ad facultatem libros N. T. recte interpretandi peruenire vellent, ingredi ac perſequi oporteret. Quo in libello conficiendo etſi auctor maiorem diligentiam adhibere, genereque ſcribendi Latino magis et puro vti debuiſſet; tamen et ſic vtilis eſſe liber poterit, noſque partim mutandis et addendis, quantum quidem conſilii ratio permitteret, nonnullis, partim triplici Indice ſubiiciendo, maiorem ei vtilitatem conciliare ſtuduimus. Vt verbo ille luculenta magis maiorique quadam cum dote exiret, vtque inſigni quodam exemplo, de quo ipſo in libello nihil dictum eſſet, pateret, quantum Hebraici ſermonis omninoque orientis linguarum ſcientia faceret ad N. T. recte interpretandum, et ſimul intellegeretur, quam ſaepe iis, qui ea carerent, ſi diſſiderent inter ſe interpretes, haerere, quam in ſententiam diſcederent, neceſſe eſſet; viſum eſt paucis exponere, quaenam vis ſit

et

et poteſtas vocabuli γενέσια in libris N. T

Quaerunt enim et diſputant Viri docti, quid per γενέσια, quibus coenaſſe apud Herodem, tetrarcham, eius amicos familiareſque [b] Matthaeus [c] et Marcus [d] tradunt, intellegendum ſit. alii indicari volunt diem, quo inauguratus fuerit imperio Herodes, Plinius, ni fallor, in Panegyrico alicubi *diem imperii*, Ioſephus [e] τὴν ἡμέραν τῆς ἀρχῆς et Alexandrini interpretes [f] ἡμέραν τοῦ βασιλέως, vocant. alii malunt γενέσια accipi de die Herodis natali. Videamus, quid dicatur dicique pro vtraque hac ſententia poſſit, quo facilius quaenam praeoptanda ſit et ſequenda, queat iudicari

Diem imperii Herodis per γενέσια a Matthaeo et Marco ſignificari, contenderunt

b Hi enim ſunt, qui a Matthaeo ca. XIIII. 2 παῖδες dicuntur. nam vocabulum hoc reſpondet Hebraico עֲבָדִים, quod Alexandrini interpretes fere ſemper reddunt παῖδες, ſed Eſth. II, 18 vertunt pulcre: φίλοι

c ca. XIIII. 6

d ca. VI. 21

e Antiquitt. XV. 11 ſ. 6 ed. Hauerc

f Hoſ. 7, 5

runt hoc et ſuperiori ſaeculo in primis Dan. Heinſius [g] et Relandus [h]. Certum enim eſſe et ex hiſtoria conſtare aiunt, reges olim imperii ſui diem celebraſſe; quod ſingulatim de Xerxe Herodotus [i], cuius tamen locum de die natali accipit Portus in Lexico Ionico [k] et accipere videtur Grotius [l], prodat, et de ipſo Herode Ioſephus [m]: deinde quando de regibus ſermo ſit, יום מולדת, quae vocabula Graeco γενέσια reſpondeant, eſſe diem regni ſiue imperii; quod tamen ab Heinſio temere videtur ſumi. Sed ſi nihil amplius habent, quo hanc interpretationem ſuam hominibus doctis probent; ſi non poteſt demonſtrari, eam notionem vocabulo γενέσια vel a Graecis eorum temporum vel ab Hebraeis, quos multa vocabula Graeca in ſuam linguam, tanquam in ciuitatem peregrinos et aduenas, recepiſſe

g Exercitatt. ad Matth. d. l

h diſſertatt. miſcell. VIII p. 257 P. II

i Li. VIIII p. 350 ed. Steph

k in vocab. τυκτά

l Commentar. in Matth. d. l

m d. l. συνεκπεπτώκει γὰρ τῇ προθεσμίᾳ τοῦ περὶ τὸν ναὸν ἔργου, καὶ τὴν ἡμέραν τῷ βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, ἣν ἐξ ἔθους ἑώρταζεν, εἰς ταυτὸν ἐλθεῖν

piſſe conſtat, ſubiectam eſſe; facile apparet, rationem eorum valere non poſſe. Quod quum bene intellegeret Relandus, Vir, vt Latinae et Graecae litteraturae, ita et Hebraicae ſcientiſſimus; attulit locum e libro Miſchnico, qui עֲבוֹדָה זָרָה inſcribitur, vbi [n] יוֹם הַלֵּידָה et יוֹם גְּנוּסְיָא שֶׁל־מְלָכִים diſerte diſiunguntur. vnde collegit, et recte quidem, vocabulum *γενέσια*, quod ipſum Hebraicum גְּנוּסְיָא, vel, vt alibi ſcribitur, גְּנֵיסְיָא eſt, Euangeliſtarum aetate, a qua proxime liber Iudaeorum, quem Talmud vocant, confectus, vel digeſtus potius, eſſet, de die imperii vſurpatum dictumque eſſe. Caeterum ſe libenter dare aiunt et fateri, ex aequali ſcriptore Graeco eam notionem non poſſe demonſtrari. Atque haec ferme ſunt argumenta, quibus docere vincereque ſe poſſe putent, *γενέσια* apud Matthaeum Marcumque diem imperii Herodis, non natalem, eſſe

Iam vero et alterius interpretationis auctores patronoſque audiamus, et quid pro

[n] ca. 1 ſ. 3

ea a nobis dici poſſit, videamus. Ac primo quidem aeque exploratum eſt atque indubitatum, reges egiſſe olim et coluiſſe natales ſuos, vt de Pharaone, Aegypti rege, mox videbimus, et de Agrippa, Herodis M. filio, Ioſephus [o] diſerte tradit, auctorque ſecundi Maccabaeorum libri [p] de Antiocho Epiphane, Syriae rege. Omnia igitur et hic redire ad vocabulum *γενέσια* intellegitur. Verum quidem eſt et a Grammaticis veteribus, tanquam Phrynicho [q] et Thoma Magiſtro [r], quorum auctoritas non temere, vt omnino hoc in genere, ita hic eo minus neglegenda videtur, quum nec Hierocritici auctor, acerrimus eorum et inſolentiſſimus hoſtis, quidquam, quod contra diceret, reperire potuerit, obſeruatum, vocabulum illud a claſſicis quidem ſcriptoribus

o Antiquitt. XVIIII. 7 ſ. 1 *ἡμέραν οὖν ἑορτάζων αὐτοῦ γενέθλιον, ὅτ πᾶσιν ὧν ἦρχεν εὐφροσύναι καθίσαντο θάλειαι, τὸν ἐΣίλαν ἀνεκάλει παραυτίκα, συνέστιον αὐτῷ γενησόμενον*

p ca. VI. 7

q P. 38 ed. Paui: *Γενέσια οὐκ ὀρθῶς τίθεται ἐπὶ τῆς γενεθλίου ἡμέρας. γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτή. λέγειν οὖν δεῖ, τὰς γενεθλίους ἡμέρας ἢ γενέθλια.*

r in vocab. *γενέθλια*: *Γενέθλια δόκιμον, οὐ γενέσια. καὶ γενεθλιακοὶ λόγοι, οὐ γενεσιακοὶ*

bus et qui integre diligenterque loquuti essent, nuspiam de natali die, quem γενέθλια vel γενέθλιον ἡμέραν dicerent, vsurpari, sed vel, vt Ammonius [s] docet, de emortuali die, vel, quod etiam ex Hesychio [t] constat, de die quodam festo Atheniensium πενθίμῳ, non πανδήμῳ, vt Salmasius et Palmerius rescribi volebant; de quo die festo Meursius in Graecia Feriata aliique post eum egere. Nam Phauorini verba, quae contra afferuntur, haec: γενέθλια λέγουσι, καὶ οὐ γενέσια, τὴν ἡμέραν τῆς γενέσεως· Πλάτων, βασιλέως ἦν γενέθλια· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ γενέσια λέγουσι, aut, id quod omnium maxime placet, ita accipienda sunt, vt Grammaticus praecipiat, γενέσια etsi minus recte pro γενέθλια adhibeatur, eo tamen vocabulo Athenienses, licet

 ali-

s P. 34 s. ed. Valkenar. Γενέθλια καὶ γενέσια διαφέρει. ὅτι μὲν γὰρ γενέθλια τάσσεται ἐπὶ τῶν ζώντων, καὶ ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ ἐγενήθη, αὕτη καλεῖται γενέθλιος ἡμέρα. Γενέσια δὲ ἐπὶ τῶν τεθνηκότων, ἐν ᾗ ἕκαστος τετελεύτηκε. ὁ οὖν λέγων ἐπὶ τῶν ζώντων γενέσια, ἀκυρολογεῖ. Vid. Ioh. Iensii Fercul. litterar. p. 22 ss

t in vocab. γενέσια: Γενέσια· ἑορτὴ πένθιμος Ἀθηναίοις. οἱ δὲ τὰ νεκύσια

aliter, puta vel de emortuali die vel de feſto illo die, vti, aut corrupta ſunt et pro Ἀθηναῖοι aliud vocabulum reponendum, aut denique dici debet, Phauorinum, vel eum potius, a quo Phauorinus ea habeat, erraviſſe: quod eo valde probabile ſit, quod nullus ſcriptor Atticus, apud quem γενέσια de natali die vſurpatum legatur, reſtet. Sed ex illa ipſa Grammaticorum obſervatione patet tamen, alios quoſdam olim eam notionem huic vocabulo ſubieciſſe. Quod ni eſſet factum, quid opus fuiſſet eos, qui non praue et perperam, ſed probe et recte loqui vellent, vt ab eo vocabuli vſu abſtinerent, monere? Quis vero, qui norit illos Grammaticos, dubitet negetue, ab iis, vt alibi, ita et hic N. T. ſcriptores maxime peti? Atque mihi quidem e Ionathane et loco quodam Commentariorum in Geneſin, בְּרֵאשִׁית רַבָּא vocant, videtur demonſtrari poſſe, Iudaeos eo tempore ita vſos eſſe vocabulo γενέσια, vt eo diem natalem ſignificarent. Nimirum Moſes triduo poſt, quam Ioſephus magiſtro pincernarum piſto-

storumque et cocorum Pharaonis, regis, somnia interpretatus esset, incidisse ait [u] celebratumque esse יוֹם הֻלֶּדֶת אֶת־פַּרְעֹה . qui dies non dies imperii Pharaonis, sed eius natalis, fuit. Sic sane non modo Alexandrini interpretes et Samaritanus cum Onkeloso, sed Iarchius etiam, Aben Esra aliique Iudaei, Hebraice doctissimi, locum Mosis exponunt. nam in Alexandrina Versione est *ἡμέρα γενέσεως*, quae alibi [x] *ἡμέρα τοῦ θανάτου* opponitur. Samaritanus interpres habet: ࠉࠅࠌ ࠄࠅࠋࠃࠕ ࠀࠕ ࠐࠓࠏࠄ Onkelosus vertit: יוֹם בֵּית־וַלְדָא דְפַרְעֹה, quibus verbis natalem intellegi paullo post docebitur. Aben Esra explicat ita: היום שנולד בו et Iarchius sic: יום לידתו וקורין לה יום גנוסיא. Iam vero in laudato Commentario [y] verba Mosis ita exposita leguntur: יוֹם גְנִיסְיָאה שֶׁל־פַּרְעֹה, vti etiam Ionathan reddit. גְנִיסְיָאה autem ipsum Graecorum *γενέσια* esse, iam ante fuit dictum. Nam vti Mischna, ita et Commentarius

 iste

u Gen. XXXX. 20
x Eccles. VII. 2
y Sect. LXXXVIII

iſte proxime a temporibus Matthaei et Marci conſcriptus fuit, et quum de auctore eius non ſatis conſtet, ſed a Iuda Sancto vel alio, quicunque tandem fuerit, e multorum Iudaeorum libris collectus conſarcinatuſque videatur, quidni fieri poſſit, vt verba illa ſint iam ab Euangeliſtarum temporibus? Accedit Syri, antiquiſſimi ſane, quicquid alii contra dicant, interpretis, auctoritas, qui ipſe γενέσια de die natali accepit. Vertit enim Matthaei verba: γενεσίων δὲ ἀγομένων Ἡρώδου, ita: ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܝܬ ܝܠܕܗ ܕܗܪܘܕܣ. Heinſius ܒܝܬ ܝܠܕܐ putat eſſe *domum natiuitatis*, vt intellexerit interpres *domum innocationis, in qua regis regnique nouus celebrari natalis ſolitus eſſet*. Sed hoc eſt detorquere in ſuam ſententiam verba alterius, non interpretari. Videamus, quid dicant alii. Gutbirius cum Troſtio reddit: *inter natalia Herodis*. Sed ܒܝܬ non poteſt eſſe praepoſitio. nam apud Marcum eſt: ܒܝܬ ܝܠܕܗ. Crineſius cum Tremellio, et poſt eos Reuſchius exponit de *domo* ſeu *loco*,

in

in quo natalitia celebrauerit Herodes. At nec hanc interpretationem ratio Syriacae linguae fert, neque verborum ſtructura admittit. Ludouicus Deus (*de Dieu*) Vir magnus, accipit de illa caeli domo, ſic enim loquitur, in qua natiuitatis Herodis horoſcopus notatus fuerit. nam illa ſi recurriſſet, celebrata fuiſſe eius natalitia ait. Sed ſententia haec vel propterea videtur reiicienda, cum quia eſt nimis alte repetita, tum quoniam iſte vocabuli ܒܝܬ vſus vix aliunde demonſtrari poterit. De Schafii ſuper hoc loco opinione, quia libri copia non fuit id temporis, quum haec ſcripſimus, quaerant alii. Mihi quidem verba illa ſic videntur explicanda. ܝܠܕܐ, quod alias *natiuitatem* notat, poteſt hic, vt Chaldaeorum nomen וַלְדָא, vtraque enim ſunt a יְלַד, nec, quoniam י et ו litterae cognatae ſunt, inter ſe differunt, ſignificare *vuluam* ſ. *vterum*. nam quod Hebraei dicunt רֶחֶם, id Chaldaeis, nominatim Onkeloſo, eſt וַלְדָא. Iam ܒܝܬ ܝܠܕܐ eſt *apertio* ſ. *porta vuluae* ſ. *vteri*. nam quod

 Mo-

Moſes [z] בְּעַד כָּל־רֶחֶם vocat, id ab Onkeloſo redditur: כָּל־פִּתַּח־וַלְדָּא; pro quo Ionathan habet: כָּל־בֵּית־וַלְדָּא. Vnde בֵּית et פִּתַּח vocabula idem valentia eſſe patet. Quidni ergo ܒܝܘܡ ܡܘܠܕܗ noſtro in loco poſſit ita exponi, vt accipiatur pro ܒܝܘܡ ܕܦܬܚ ܡܘܠܕܗ, hoc eſt, *die, quo aperuit Herodes vuluam* ſ. *vterum matris*, vno verbo *natali*, praeſertim quum ipſa verborum *συνάφεια* hunc ſenſum videatur poſtulare? Certe verba iſta occurrunt ſic et apud Onkeloſum, vt paullo ante, quum de Pharaonis natali diſputabamus, oſtendimus, et in ipſa Verſione eiuſdem loci Syriaca. nam verba Hebraica, ſupra a nobis poſita, ibi ita vertuntur: ܒܦܬܚܐ ܕܒܝܬ ܡܘܠܕܗ ܕܟܠ. Ex quibus omnibus liquido, opinor, et luculenter ſatis apparet, Syrum interpretem vocabulum *γενέσια* intellexiſſe de *natali*, non de *die imperii*, *Herodis*. Neque aliter veteres interpretes alii. Vnde etiam poteſt intellegi, *γενεθλίοις*, quod in Codice Cantabrigienſi a ſecunda manu apud Marcum legitur

z Gen. XX. 18

legitur pro γενεσίοις, prima enim manus ſcripſerat, Vuetſtenio auctore, γενεχλίοις, gloſſema atque interpretamentum eſſe. Atque ab eo tempore ſcriptores Graeci alii, vt Alciphro [a], coeperunt vti vocabulo hoc de die natali; quorum adeo auctoritatibus probari elegantiam eius et vindicari nullo modo poſſe, palam eſt. Sed poterat Suidas quoque pro vſu huius nominis noſtraque interpretatione laudari. nam in Lexico eius leguntur haec: γενέσια. ἡ δι' ἐνιαυτȣ̃ ἐπιφοιτῶσα τȣ̃ τεχθέντος μνήμη. At hauſit et tranſtulit in librum ſuum verba iſta e Moſchopulo, apud quem pro τȣ̃ τεχθέντος reſcribendum eſſe τȣ̃ τεθνεῶτος, et ipſa Sylloges hominis ratio docet, et iam Nuneſius ad Phrynichum [b], aſſentientibus Alberto [c] et Pauo, intellegenter monuit. vnde per ſe patet, et in Etymologico, et apud Suidam Phauorinumque, hi enim omnes transſcripſere Moſchopuli verba, oportere reponi τȣ̃ τεθνεῶτος

Ex

a Li. III ep. 18 et 55
b p. 54 ed. Paui
c obſeruatt. ad Matth. XIIII. 6
d ad Phrynichum d. l

Ex hactenus igitur disputatis non modo manifestum esse et clarum arbitror, quam nihil sine Hebraicae linguae omninoque orientis litteraturae scientia in explicandis Euangelistarum locis effici possit, sed puto etiam intellegi, si vtraque interpretatio in trutina ponatur alteraque compensetur cum altera, posteriorem praeponderare, praeferrique adeo priori debere

Sed quoniam prior Leusdeniani libelli pars de dialectis N. T. vniuerse exponit; age, et de iis pauca dicamus. Quanquam enim Leusdenus, qui, vt in describendis N. T. Hebraismis Vorstium, ita hic Vuyssium potissimum ducem sequitur, in iis recensendis parum diligenter versatus est, multique Viri docti, vt in Commentario de Hellenistica Salmasius, de iisdem multo accuratius egerunt, ita, vt ni ea pars coniuncta arcte et copulata quasi cum posteriore esset, eam facilè omisissemus; tamen non sunt tot libelli peccata, quot reperisse ibi visus sibi est Nonnemo, qui tam acute scilicet in aliorum vitiis, quam aut aquila aut serpens

Epi-

Epidaurius, cernat. Quo igitur facilius tirones hac in controuersia iudicare valeant, et videant, a qua parte veritas stet, a qua non; placet, vti diximus, quaedam, sed breuiter, de dialectis N. T. vniuerse tradere. Atticum dicendi genus, quale in Platone, Xenophonte, aliisque eius notae scriptoribus, admiramur, dudum ante Apostolorum tempora florere desierat, cuius loco Macedonicum, quale in Polybio, et aliis eorum temporum auctoribus, reperitur, Graeciam Asiamque omnem et Aegyptum, Alexandri M. maxime et successorum saeculo, occupare et obtinere coeperat. Quae Macedonica dialectus quia e reliquis mista quasi et temperata erat, vel, vt Salmasius vult, quoniam ea tunc Graeci omnes vtebantur; factum est, vt *κοινὴ* siue communis appellaretur; quod vocabulum apud Moeridem aliosque eius generis Grammaticos, passim, etsi de Salmasii sententia alio significatu, legitur. Vnde sponte consequitur sua, Apostolos, qui Graeci sermonis non essent docti, neque adeo lin-

guam

guam Graecam, vt nos, e lectione scriptorum discere possent, non potuisse alio sermone Graeco vti, nisi quem tum quotidiana consuetudo vsurparet, hoc est, Macedonico, sed, vt in Versione V. T. Graeca videmus, corrupto illo multisque Hebraismis velut diluto. nam sic et hodie fieri constat, vt linguae, verbi caussa, Franco Gallicae multa linguae suae affricent nostri homines, vt ea non integra et pura, sed multis Germanismis permista, tanquam caupones vino, vtantur. Quum vero Apostolorum, vel eorum etiam interpretum, alius alio melius linguam illam Macedonicam tenuerit; apparet, cur alii, vt Paullus et Lucas, puriori neque tot Hebraismis contaminato scribendi genere vsi fuerint, alii non. Neque minus intellegi ex iis, quae diximus, potest, quare, quod multi sine caussa admirantur, omnium ferme dialectorum Graecae linguae vestigia in N. T. impressa deprehendantur. Sed quoniam ignorarunt Apostoli, quae Atticae dialecti essent, quae Ionicae, quae Doricae, propria; nec videtur

recte

recte dici posse, eos dialectis illis vsos esse, nedum tenuisse eas. Sic enim fieri potest, vt Franci mei, propter commercia, quae iis cum hominibus harum terrarum intercedunt, multa vocabula Misnicae dialecti propria vsurpent; multa nomina et verba more eiusdem dialecti in vita quotidiana forment. Sed quis eum, qui ignoret, ea vocabula eorumque declinandorum modum e Misnica dialecto in linguam Franconicam venisse, Misnica dialecto vti recte dixerit? Denique necesse est teneri, multa posse ab Atticis in suam linguam assumta esse e lingua aliarum Graeciae ciuitatum. Haec vero appellari conuenit nomine linguae eius ciuitatis, ex qua ea petiere Attici. Sic possunt multa, quae Herodotus habeat, etiam apud Thucydidem, Xenophontem et alios eius aetatis scriptores legi. Si tu inde colligeres, ea esse dialecti Atticae, non Ionicae, manifeste peccares, nisi quidem posses demonstrare, ea ab scriptore aliquo Attico, qui

Hero-

dotum aetate ſuperet, eius ſaltem aequalis ſit, vſurpata eſſe. Quae quidem omnia quum ſua luce luceant; non neceſſe videtur, vt iis, quae in noſtris hodie linguis accidunt, illuſtrentur

Atque haec de dialectis N. T. vniverſe praeferri placuit, vt intellegeretur cum quae recte tradita eſſent a Leuſdeno, quae minus; tum quam ſaepe et turpiter ille Nonnemo in refellendis eius aliorumque praeceptis errarit, offenderit lapſuſque fuerit

Scripſi Lipſiae in Schola Thomana a. d. IIII Idus Ianuarias a C. N CIↃIↃCCLIIII

Q. B. V

IOH. LEVSDENI LIBELLVS SINGVLARIS DE DIALECTIS N. T IN GENERE ET IN SPECIE SINGVLATIM DE EIVS HEBRAISMIS

CAPVT I
DE DIALECTIS N. T. IN GENERE ET IN SPECIE

I *Explicatur quid sit dialectus.*
II *Varietas dialectorum consistit in quatuor rebus.*
III *Septem dialecti N. T. breuiter enumerantur.*
IIII *Non datur proprie octaua dialectus, quae vulgo* communis *vocatur.*
V *Scriptores N. T. vsi fuerunt tali lingua Graeca, quales eo tempore passim vsitata fuit.*
VI *Ratio eius rei datur.*
VII *Exempla dialecti Atticae.*
VIII *Exempla dialecti Ionicae.*
VIIII *Exempla dialecti Doricae.*
X *Exempla dialecti Aeolicae.*
XI *Exempla dialecti Boeoticae.*
XII *Exempla dialecti Poëticae.*

Dialectus Graece dicitur διάλεκτος a διαλέγω *discerno.* hinc διαλέγομαι *distincte loquor, dissero, colloquor.* nam *dialectus* est *sermo cuique populo peculiaris, et quidem in eadem lingua.* Si enim sit diuer-

ſitas linguae, tum non erunt diuerſae dialecti, ſed diuerſae linguae. Eadem igitur requiritur lingua, ſed diuerſus modus loquendi aut ſcribendi voces vel litteras parit dialectos. V. c. lingua Hebraica et Graeca, quia differunt inter ſe vt linguae, ideo non differunt vt dialecti. nam differentia dialectorum eſt in vna eademque lingua. Contra quia Attici, Aeoles, Iones, Dores, aliique vſi fuerunt vna eademque lingua Graeca, ideo diuerſitas illa, quae fuit inter Atticos, Aeoles, alioſque, fuit tantum diuerſitas dialectorum. Idem exemplo linguae Belgicae illuſtrari poteſt. V. c. omnes Belgae vtuntur eadem lingua Belgica, ſed quia multa vocabula aliter pronuntiantur, et aliquando etiam ſcribuntur ab Vltraiectinis, aliter ab Amſtelodamenſibus, aliter ab Amisfurtenſibus &c.; hinc nata eſt dialectus Vltraiectina, Amſtelodamenſis, Amiſſurtenſis &c.

II Haec varietas Graecarum dialectorum conſiſtit praecipue in quatuor his rebus:

1 in *litteris eiuſdem vocabuli:* quod fit diuerſis modis, ſcilicet vel per mutationem, vel per additionem, vel per detractionem &c., quod infra variis exemplis docebitur. V. c. pro θάλασσα dicunt Attici θάλαττα *mare:* pro λόγοις dicunt Iones λόγοισι: pro ἐπεποιήκεισαν *fecerant* in pluſquamperf. dicit Marcus ca. 15, 7 poëtice πεποιήκεισαν &c.

2 In *pronuntiatione* ſeu *accentu* vocis, aut in *ſpiritu*. V. c. in ἀνθρώπῳ eſt accentus in penultima propter ω vocalem longam in fine, ſecundum hanc regulam: *In polyſyllabis, vltima exiſtente longa, acuitur penultima.* Sed Attici, negligentes hanc regulam, acuunt etiam, vltima exiſtente longa, ſyllabam antepenultimam, vt in ὄφεως, λέξεως κ. λ. Similiter in *ſpiritu* diuerſitas dialecti conſpicitur. V. c. Matthaeus ca. 21, 45 ſecundum dialectum Doricam, quae ſolet tollere aſpirationem, ait: ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει *Cognouerunt, quod de ſeſe diceret*, pro αὑτῶν.

3 In *vocibus integris*. V. c. Dorienſibus ἡ πέλια, ας eſt *extrema corporis pars, quae per excurſionem aquae nigreſcit*, * ſed haec vox Graeca Atticis aliiſque eſt prorſus ignota. Quaeque fere natio finxit ſibi quaedam peculiaria et propria vocabula, quae aliae nationes ignorarunt. hinc nata eſt fecunditas linguae Graecae. Quot enim vocabula olim finxit ſibi Homerus, qui Ion fuit, de quibus Attici, Dores, aliique ne per ſomnium quidem cogitarunt? Si quis dubitet, inſpiciat Clauem Homeri, et videbit, haec veritati eſſe conſentanea.

 4 In

* Corinthus, cuius auctoritate haec nituntur, ait, πελίαν eſſe τὴν μέλαιναν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν, ἡνίκα ἂν δι᾽ ἐκδρομὴν αἵματος μελαίνηται. Henr. Stephanus, in Theſauro ling. Gr. in h. v., putat, Latine vno vocabulo reddi poſſe *liuor* ſ. *liuiditas*.

4 In *Syntaxi.* Graeci pro Ablatiuis abſolutis vtuntur fere Genitiuis, vt λέγοντος αὐτοῦ *dicente ipſo.* Sed Attici vtuntur vel Nominatiuis vel Accuſatiuis, vt Marc. 1, 10 καὶ εὐθέως ἀναβαίνων (Attice pro αὐτοῦ ἀναβαίνοντος, nempe Ἰησοῦ) ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε (intell. ὁ Ἰησοῦς) σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς *Et ſtatim quum eſcendit ex aqua, vidit diffindi caelum.*

III Dialecti linguae Graecae ſunt diuerſae, quarum ſingulae multis exemplis ex profanis auctoribus poſſent illuſtrari. Sed quia praecipue occupamur lingua Graeca N. T.; ideo eiuſdem dialectos tantum conſiderabimus, variiſque exemplis, ex N. T. deſumtis, illuſtrabimus. De hac dialectorum varietate ita loquitur Caſparus Vuyſſius in Dialectologia Sacra, edita Turici A. CIↃIↃCL: *Sacer N. F. contextus a ſanctiſſimis mentis Chriſti interpretibus, ac caeleſtis Spiritus amanuenſibus, tanta dialectorum varietate ita paſſim exornatus eſt, vt nullum non dicam caput, ſed ne verſus quidem exiſtat, in quo non aliqua dialectorum veſtigia attento circumſpectoque lectori ſe offerant.* Vid. p. 4

Dialecti N. T. ſunt ſeptem, videlicet quinque propriae, vt *Attica*, *Ionica*, *Dorica*, *Aeolica*, *Boeotica;* et duae impropriae, vt *Poëtica* et *Hebraizans.* *

1 Dia-

* Ita Leuſdenus tradit cum vulgo. Sed ſi accurate velis loqui, aut dialecti definitio, ſupra poſita, diffin-

1 Dialectus *Attica* appellata est ab *Atthide*, Cranai filia, a qua prouinciae nomen inditum est. Hac dialecto vsi sunt Aristophanes, Rhetores, vt Demosthenes, Isocrates, et Historici multi, vt Thucydides, Xenophon et alii,* etiam philosophi, vt Plato. Nam quemadmodum in Latio eloquentia Ciceroniana habebatur praecipua, sic etiam Demosthenea illa et Attica in Graecia. Sicuti Attica dialectus est elegantissima, ita etiam in N. T. vsitatissima et frequentissima, adeo vt in toto N. T. vix videatur esse caput, vbi non aliquot eius extent vestigia; prout infra ex exemplis huius dialecti, ex N. T. allatis, clarissime apparebit. Hanc fecunditatem idem Vuyssius p. 4 his verbis significat: *Primam dialectorum sedem Atticae tribuimus, quae, vt reliquas elegantia et varietate, ita vsu et frequentia infinitis passibus anteit, per singula*

dissingenda erit, aut abstinendum nomine dialecti, si de Hebraismis N. T., modoque loquendi poëtarum, disputes. nam dialectus impropria non est dialectus.

* Retulerat huc ex Vuyssio Leusdenus etiam scriptores Ecclesiasticos, quos Patres vocant. Sed quum nullus eorum Attica dialecto scripserit, sed quidam, vt Chrysostomus, veteres Atticos tantum scribendo imitari studuerint, adeo vt ex eorum libris de indole linguae Atticae iudicari neque queat recte, neque debeat; facile apparet, eos neque numerandos esse in auctoribus eiusdem. nam quis libros Manutii, vt hoc vtar, exemplaria dicat esse, ad quae Latinitas aetatis aureae, quam vocamus, exigi debeat, quum tamen ille, qua erat elegantia, omnium intellegentium iudicio, feliciter eam expresserit?

N. F. capita et verſus egregie et luculenter diffuſa.

2 Dialectus *Ionica* vocata eſt ab *Ione*, filio Apollinis et Creuſſae, Erechthei filiae. Haec dialectus Hippocrati, Herodoto, et in primis Homero, poëtarum principi, arriſit, quem Theocritus alicubi vocat Ἰάονα ἄνδρα. Quamuis Homerus ſit *Ion*, et praecipue Ionica dialecto delectetur; tamen aliis quoque dialectis, metro ita exigente, vſus fuit, quamuis rarius. Plutarchus * de dialectis Homericis differens, ait: *(Homerus) varia dictione vſus eſt, et cuiuſlibet linguae Graecorum inſignia immiſcuit, ex quibus manifeſtum eſt, eum peragraſſe vniuerſam Graeciam et omnem nationem.*

3 Dialectus *Dorica*, a *Doro* Hellenis nominata eſt, eaque ſcripſerunt in primis Theocritus, Pindarus et vniuerſa Pythagoreorum philoſophorum ſchola.

4 Dialectus *Aeolica* ab *Aeolo* Hellenis nomen accepit, eaque delectatus eſt Alcaeus, Sappho et alii.

5 Dialectus *Boeotica* ita eſt vocata a *Boeoto*, Itoni et Melanippae nymphae filio. Hinc Boeotia eſt regio in finibus Graeciae, in longum ad Atticam

* in vita Homeri, quam eius Carminibus praefixit in ſuis editionibus Aldus. Verba Graeca ſunt: *Λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος, τὰς ἀπὸ πάσης διαλέκτου τῶν Ἑλλήνων χαρακτῆρας ἐγκατέμιξεν. ἐξ ὧν δῆλός ἐστι πᾶσαν μὲν Ἑλλάδα ἐπελθὼν καὶ πᾶν ἔθνος.*

Atticam ſe protendens. Interpretes Graeci, in vertendo V. T. in linguam Graècam, frequenter hac dialecto vſi ſunt. Similiter, hac Boeotica et Aeolica dialecto vſi ſunt poëtae, qui exigentibus id carminis legibus, et vrgente pedum formandorum ratione, per has dialectos carmina ſua exornare ſoliti fuerunt.

6 Dialectus *poëtica* appellata eſt a poëtis, qui ea praecipue delectati ſunt. nam ad carmen aliquod componendum nonnunquam littera aliqua fuit vel addenda, vel abiicienda, vel etiam mutanda &c.

Quaeritur: quare in N. T. occurrit haec dialectus poëtica, quum N. T. non conſtet carminibus, ſed proſa?

Reſpondeo: 1 Hoc fit, quia dicta quaedam poëtarum in N. T. allegantur.

2 In aliis locis N. T., vbi carmina non recenſentur, etiam vſitata eſt haec dialectus: ſed hoc non repugnat genio Graeci ſermonis. Nam alii auctores aliquando poëtas etiam imitati ſunt, vti manifeſtum eſt ex Xenophonte, qui ſaepe phraſes poëticas intermiſcuit. Scriptores N. T. aliquando imitati ſunt poëtas, et morem poëtice ſcribendi etiam obſeruarunt, quem forte ex lectione poëtarum Graecorum didicerant.

7 Dialectus *Hebraizans* nomen habet a lingua Hebraea, quam in multis imitatur. Haec proprie dialectus Graeca non eſt. nam cum aliis Graecarum dialectorum ſpeciebus affinitatem ha-

bet nullam. Sed quia ſacri ſcriptores in N. T. et interpretes Graeci, vulgo Septuaginta vocati, eadem ſaepiſſime vtuntur; ideo ſolet inter dialectos Graecas N. T. recenſeri.

Quaeritur: quare interpretes V. T. et ſacri ſcriptores N. T. ſaepiſſime vſi fuerunt hac dialecto?

Reſpondeo: 1 Quia interpretes V. T. et ſacri ſcriptores N. T. fuerunt Hebraei.

2 Quia verſati ſunt in textu Hebraeo legendo, vertendo, vel allegando.

3 Quia quotidie verſati fuerunt cum Hebraeis, quos et ſaepe alloquuti fuerunt, et Chriſti praeceptis imbuere ſtuduerunt.

IIII Nonnulli his ſeptem dialectis adhuc annumerant octauam, quam vocant dialectum *communem*; quia ea non fuit alicui genti peculiaris, vti caeterae, ſed ea fuit talis, qua omnes Graeci communiter ac promiſcue vbiuis terrarum vſi fuerunt.

Hinc *primo* quaeritur: an haec octaua ſpecies proprie eſt vocanda dialectus?

Reſpondeo: Dialectus *communis* proprie non eſt vocanda *dialectus*. nam ea non fuit peculiaris huic vel illi nationi aut ſcriptori, vti caeterae omnes dialecti, ſed fuit communis omnibus nationibus et ſcriptoribus. Ego propterea mallem hanc dialectum communem vocare ipſiſſimam linguam Graecam. nam vocabula, quae ab hac communi dialecto, h. e. ipſiſſima lingua Graeca, diſcedunt,

ea

ea referenda ſunt ad vnam ex ſupra allegatis dialectis.

V *Secundo* quaeritur: vtrum dialectus, vulgo vocata *communis*, an vero vna ex ſeptem praedictis in N. T. praeualeat?

Reſpondeo: Praeualet in N. T. dialectus *communis.* nam N. T. conſtat tali lingua Graeca, qualis vſitata fuit apud omnes nationes. Hinc Chamierus To. II Panſtrat. II ca. XVI ſ. 7 ait: *Euangeliſtae non vſi ſunt dialecto Attica, ſed communi.*

VI *Tertio* quaeritur: quare ſcriptores N. T. praecipue ſcripſerunt dialecto communi?

Reſpondeo: Quia ſcripſerunt N. T. in gratiam omnium Graecorum per totum orbem diſperſorum. nam ſcribendo hac communi dialecto tacite quaſi innuere voluerunt, ſe omnibus Graecis tradidiſſe haec, quae ſcripſerint. Subinde tamen etiam caeteras dialectos immiſcuerunt, tacite quaſi indicantes, ſe in gratiam reliquarum nationum, dialectorum varietate differentium, etiam has ſacras litteras exaraſſe, ſcilicet in gratiam Atticorum, Ionum, Dorienſium, Aeolum, Boeotenſium, poëtarum et Hebraeorum. Sacri ſcriptores peragrando multas Graecorum terras, vel legendo diuerſos ſcriptores Graecos, facile potuerunt illas varias Graecorum dialectos addiſcere.

VII Vt varietas dialectorum, in N. T. occurrentium, cuiuis innoteſcat; placet breuiter et ordine ſingularum dialectorum pauciſſima exempla proponere, et relegare curioſum lectorem, plura exempla deſiderantem, ad doctiſſimam Dialecto-

 logiam

logiam Sacram Caſpari Vuyſſii, vbi fere omnia exempla dialectorum N. T. clariſſime et methodice ſecundum ordinem librorum N. T. enumerantur. Vel, ſi quis breuitati ſtudeat, legat ſpecialem Grammaticam Georgii Paſoris, N. T. illuſtrando deſtinatam, quam D. Matthias Paſor, filius, S. Theologiae Profeſſor, Groningae A. CIↃIↃCLV in publicum emiſit.

I

DIALECTVS ATTICA

1 Attici gaudent *Participiis*; vt Matth. 1, 18 εὑρέθη ἐν γαςρὶ ἔχȣσα *Inuenta eſt in vtero habens* h. e. *grauida*, *pro* ἔχειν *habere*. Act. 3, 8 εἰσῆλθε — περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος καὶ αἰνῶν τὸν θεὸν *Intrauit — ambulans et ſaliens ac laudans deum.*

2 *Craſi* h. e. *contractione*; vt Ioh. 14, 12 ποιῶ *Facio*, pro ποιέω. Sic κἀγὼ *Et ego*, pro καὶ ἐγὼ, Matth. 2, 8. Similiter κἀμοὶ, κἀμὲ, κἂν, κἀκεῖ, κἀκεῖθεν, κἀκεῖνος, τȣ̉̃νομα et τȣ̉ναντίον contrahuntur Attice.

3 Attici ſaepiſſime *Apoſtropho* vtuntur; vt ἀπ᾽ ἀρχῆς *Ab initio*, pro ἀπὸ ἀρχῆς, Matth. 19. 8. Innumera Apoſtrophi exempla paſſim in N. T. occurrunt.

4 Etiam *Syncopa*, idque vel mutato accentu; vt μετοικιῶ *Captiuos abducam*, pro μετοικίσω, Act. 7, 43: vel retento accentu; vt εἰδὼς, pro εἰδηκώς. Matth. 12, 25 εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησȣ̃ς τὰς ἐνθυ-

μήσεις

μήσεις αὐτῶν *Iesus autem quum sciret quid cogitarent.*

5 *Reduplicatione* delectantur; vt ἀκηκόαμεν *Audiuimus*, pro ἠκόαμεν, Ioh. 4, 42. Haec anadiplosis locum habet in verbis ἄγω cum compositis, in ἀκούω, ἀπολλύω, ἐγείρω, in ἐλεύθω cum compositis, et in προσφέρω. Vid. omnia huius reduplicationis exempla allegata a Vuyssio p. 35 s.

6 Etiam Attici gaudent τροπῇ s. *mutatione*; vt ὄψει *Videbis*, pro ὄψῃ, Ioh. 11, 40. Sic εἴληφα *Accepi*, pro λέληφα, Act. 2, 27. Aliquando *Praesens* vsurpatur pro *Futuro*; vt Apoc. 1, 8 ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος *Qui est et qui erat et qui venturus est*: vbi ἐρχόμενος est pro ἐλευσόμενος.

7 *Nominatiuo* vtuntur pro *Vocatiuo*; vt χαῖρε ὁ βασιλεὺς *Salue* * *rex*, pro βασιλεῦ, Ioh. 19, 3.

8 Verbum actiuum coniungitur cum Accusatiuo nominis, a quo deriuatur; vt ἐχάρησαν χαρὰν *Gauisi sunt gaudium*, Matth. 2, 10.

9 Vtuntur *Accusatiuo* pro *Nominatiuo*; vt τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ — ἐστίν; *Panem quem frangimus*, h. e. *comedimus* s. *distribuimus*, *nonne — est?* pro ὁ ἄρτος, 1 Cor. 10, 16.

10 Contra *Nominatiuo* pro *Accusatiuo*; vt φάσκοντες εἶναι σοφοὶ *Iactitantes se esse sapientes*, pro σοφούς, Rom. 1, 22.

11 Pro

* Inepte verterat, vt alia multa, Leusdenus: *Gaude*.

11 Pro σ vtuntur τ; vt *πϱάττεσι Faciunt*, pro πϱάσσεσι, Act. 17, 7. Sic γλῶττα pro γλῶσσα, Apoc. 10, 11. *

12 *Declinatio quarta simplicium* est Attica; vt ἵλεώς σοι, Κύϱιε *Propitius tibi, domine, esto*, ** pro ἵλαος, Matth. 16, 22. Similiter ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ *Ego autem Apollo*, pro Ἀπολλε̃, 1 Cor. 1, 12. nam Ἀπολλὼ est Genit. Sing. Atticus.

13 *Declinatio secunda contractorum* format Genitiuum in εως; vt φύσεως *Naturae*, 2 Pe. 1, 4. Haec sola in N. T. est vsitata. In Datiuo est φύσει *Natura*, Eph. 2, 3.

14 *Declinatio tertia contractorum* format Genitiuum per έως; vt εἰς τὴν αὐλὴν τε̃ ἀϱχιεϱέως *In aulam pontificis maximi*, pro ἀϱχιεϱέος, Ioh. 18, 15.

15 Cum substantiuo masculino aut feminino construitur adiectiuum neutrum; vt ἀϱκετὸν τῇ ἡμέϱᾳ ἡ κακία αὐτῆς *Sufficiat cuique diei afflictio sua*, pro ἀϱκετὴ, Matth. 6, 34.

16 Vtuntur *adiectiuo neutro* pro *substantiuo*; vt τὸ μωϱὸν τε̃ θεε̃, pro ἡ μωϱία, *Stultitia dei*, 1 Cor. 1, 25.

17 At-

* At Millius et Bengelius ibi edidere: γλώσσαις, non γλώτταις.

** Verte: *Absit s. haec deus auertat*. nam formulam illam Graecam respondere Hebraicae חָלִילָה, docetur in Stockii Claue N. T. Intellegi autem debet ὁ θεὸς εἴη. cf. Heinsius exercitatt. ad Matth. d. l. et Fullerus Miscell. II. 2

17 Attici vſurpant *Nominatiuos* aut *Accuſatiuos* pro *Genitiuis abſolutis*; vt ἀναβαίνων *Aſcendens*, pro αὐτȣ̃ ἀναβαίνοντος *Dum ipſe eſcendit*, Marc. 1, 10.

18 Multa adiectiua in ος, in primis deriuata, ſunt communis generis; vt ὁ, ἡ φρόνιμος. V. c. αἱ φρόνιμοι *Prudentes*, Matth. 25, 9. ϛρατιᾶς ȣ̉ρανίȣ *Exercitus caeleſtis* h. e. *angelorum*, Luc. 2, 13.

19 Pro ευ, diphthongo immutabili, ponunt ηυ, mutato ε in η; vt προσηύξατο *Orauit*, pro προσεύξατο, Matth. 26, 44.

20 *Augmentum Syllabicum* ε mutatur in η; vt ἠδύνατο *Poterat*, pro ἐδύνατο, a δύναμαι, Matth. 26, 9. Sic ἠβȣλήθην, pro ἐβȣλήθην, a βȣ́λομαι, 2 ep. Ioh. v. 12 *. ἤμελλε, pro ἔμελλε, a μέλλω, Luc. 7, 2.

21 Aliquando *gemino* gaudent *augmento*; vt ἠνείχεσθε *Toleraueritis*, 2 Cor. 11, 4: pro ἀνείχεσθε, vti eſt v. 1. Prius augmentum eſt in praepoſitione, poſterius eſt in additione τȣ̃ ἰῶτα. nam eſt ab ἀνέχομαι *Tolero*.

22 Datiuus ponitur pro Genitiuo, praecedente παρὰ vel ὑπὸ; vt ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις *Dictum eſt antiquis*, pro ὑπὸ τῶν ἀρχαίων *Ab antiquis*, Matth. 5, 21. Sic ὤφθη τῷ Παύλῳ *Viſa eſt Paulo*, pro ὑπὸ τȣ̃ Παύλȣ, *A Paulo*, Act. 16, 8.

II *DIA-*

* Ita edidit etiam Millius. Sed Bengelius habet ἐβȣλήθην.

II

DIALECTVS IONICA

VIII Haec dialectus, Homero aliisque familiaris, est etiam vsitata in N. T.

1 *Quando casus ad praepositionem refertur, quae cum verbo adiuncto composita est*; vt μηδὲν ἀπελπίζοντες *Nihil sperantes*, Luc. 6, 35: pro μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτῶν *Nihil sperantes ab illis*. nam ἀπελπίζω in Lexicis vertitur per *despero*, sed in N. T. per dialectum Ionicam habet, vt apparet, aliam significationem.

2 Iones saepe fugiunt *Apostrophum*; vt κατὰ ἀποκάλυψιν *Secundum reuelationem*, pro κατ' ἀποκάλυψιν, Gal. 2, 2. Huius Ionicae dialecti in N. T. exempla adeo frequentia sunt, vt merito quis dubitare possit, vtrum *Attica* Apostrophi expressio, an vero *Ionicus* Apostrophi neglectus in sacro contextu sit frequentior.

3 Etiam fugiunt κρᾶσιν s. *contractionem*; vt ὀστέων *Ossibus*, pro ὀστῶν, Matth. 23, 27.

4 O mutant in ου; vt Διόσκουροι *Iouis filii* s. *Castor et Pollux*, pro Διόσκοροι, Act. 28, 11.

5 Vsurpant *nomina* pro *aduerbiis*; vt γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον pro ὄρθρου *Quae venerant summo mane ad monumentum*, Luc. 24, 22.

6 Iones per epenthesin interponunt ε; vt ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου *Remissa sunt tibi peccata tua*, pro ἀφεῖνται, Matth. 9, 2.

7 Pro

7 Pro ἐςὶ dicunt ἔνι; vt παρ᾽ ᾧ ȣ̓κ ἔνι παραλλαγὴ *Apud quem non eſt mutatio*, Iac. 1, 17: ἔνι pro ἐςι.

8 Iones in ſecunda perſona Imperatiui per apocopen terminale θι reſcindunt; vt κατάβα ἀπὸ τȣ̃ ςαυρȣ̃ *Deſcende a cruce*, pro κατάβαθι, Marc. 15, 30.

III

DIALECTVS DORICA

VIIII Quaedam veſtigia huius dialecti etiam occurrunt in N. T.

1 Dores formant Genitiuum in prima ſimplicium per α; vt ἀπὸ βοῤῥᾶ *Ab aquilone* h. e. *ſeptentrionibus*, Luc. 13, 29; pro βοῤῥȣ̃, a Nominatiuo βοῤῥᾶς. Huc pertinent etiam τȣ̃ Σατανᾶ, 2 Theſſ. 2, 9: τȣ̃ Καϊάφα, Matth. 26, 3, et plurima nomina propria, vt Ἀρέτας, Ἐπαφρᾶς κ. λ., quae ſecundum hanc dialectum formant Genitiuum per α; vt διὰ χειρὸς Βαρνάβα *Per Barnabam*, pro Βαρνάβȣ, Act. 11, 30.

2 Pro η ponunt α; vt σίναπι *Sinapi*, pro σίνηπι, Marc. 4, 31: vti habetur in Grammatica. Similiter ἀνάβα *Aſcende*, Apoc. 4, 1: pro ἀνάβαθι, quod Dorice eſt pro ἀνάβηθι: et κατάβα *Deſcende*, pro κατάβηθι, Marc. 15, 30 &c.

IIII *DIA-*

IIII

DIALECTVS AEOLICA

X 1 Aeoles fini addere ſolent θα; vt ἦσθα *Eras*, Matth. 26, 69 et Marc. 14, 67: pro ἦς ab εἰμί.

2 Tollunt aliquando *aſpirationem*; vt καὶ ἐποίησεν δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτȣ̃ *Et legit duodecim, qui eſſent cum illo*, pro μεθ' αὐτȣ̃ *Secum*, Marc. 3, 14. Sic Matth. 21, 45 ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει *Animaduerterunt, ſe ab eo peti.*

3 Aoriſtum primum Actiuum Optatiui modi flectunt τύψεια pro τύψαιμι. hinc dicunt ποιήσειαν *Facerent*, pro ποιήσαιεν, Luc. 6, 11. Sic Act. 17, 27 ψηλαφήσειαν pro ψηλαφήσαιεν. Haec duo tantum exempla huius dialecti Aeolicae in N. T. occurrunt; quae etiam ad dialectum Ionicam pertinent.

V

DIALECTVS BOEOTICA

XI Haec dialectus eſt quidem rariſſima in N. T., ſed in verſione Graeca V. T. eſt frequentior.

1 Secundum hanc dialectum terminale ν tertiae pluralis Praeteriti Imperfecti, et vtriuſque Aoriſti conuertitur in σαν; vt Rom. 3, 13 ἐδολιȣ̃σαν *Doloſe agere ſolent* ſ. *agunt*, pro ἐδολίȣν.

ἐδολίουν *. nam eſt tertia plur. Imperf. act. Indicatiui modi a δολιόω, ῶ, *Dolo vtor*. Huius dialecti tantum illud vnicum extat in N. T. exemplum.

2 Littera η in Perfecto regulari verbi τίθημι mutatur in ει diphthongum; vt Act. 13, 47 τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν *Poſui te in lucem gentium*, h. e. *volo, vt mea praecepta doceas, praeter Iudaeos, etiam alios populos*; pro τέθηκα.

VI

Dialectus Poëtica.

XII Poëtae vſurpant *aphaereſes*, vel *litterae*, vel *ſyllabae*, vel *augmenti*.

1 Ἀφαίρεσις litterae eſt, quando primam vocabuli litteram abiiciunt; vt Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαὶ *Cretenſes ſunt ſemper mendaces, nebulones et luxuriae dediti*, Tit. 1, 12; vbi ἀργαὶ eſt pro μαργαὶ **, vti in Lexicis habetur.

* Sic ἠνομοῦσαν Ez. 22, 11 ab ἀνομέω: παρετηροῦσαν Suſan. v. 12 a παρατηρέω: quae loca bene tenenda ſunt, vt ne quis in eundem cum Er. Schmidio te Georgio errorem inducatur. hi etenim volebant ἐδολιοῦσαν contra omnium librorum ſcriptorum fidem mutari in ἐδολίωσαν, quod forma iſta abhorreret a regulis Grammaticis. cf. Animaduerſs. ad Vuelleri Gram. p. 192 ſ.

** Haec eſt ſententia Guil. Canteri Nou. Lectt. I. 15

betur. Hic etiam omittitur εἰσὶ *ſunt*, quod itidem poëſin redolet.

2 Ἀφαίρεσις ſyllabae eſt, quando ſyllaba abiicitur; vt Act. 17, 28 in Arati verſu, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν *Ipſius enim et genus ſumus*, τοῦ eſt pro τούτου.

3 Ἀφαίρεσις augmenti eſt, quando in N. T. augmentum ε de Pluſquamperfecto tollitur; vt τεθεμελίωτο *Fundata erat*, Matth. 7, 25; pro ἐτεθεμελίωτο. nam eſt tertia ſing. Pluſquamperf. Paſſiui. Sic Act. 14, 23 πεπιστεύκεισαν pro ἐπεπιστεύκεισαν.

4 Aliquando metri cauſſa apoſtrophus adhibetur; vt φθείρουσι ἤθη χρῆσθ᾽* ὁμιλίαι κακαὶ *Corrumpunt mores probos colloquia praua*, pro χρηστὰ, 1 Cor. 15, 33.

5 Iota aliquando interponitur more poëtico; vt εἵνεκεν *Propter*, pro ἕνεκεν**, 2 Cor. 7, 12. Contra vero ι nonnunquam tollitur; vt πλέον *Amplius*, Luc. 3, 13; pro πλεῖον, ibid. ca. 11, 31.

* Bengelius edidit χρηστά.

** Vt Bengelius edidit. Millius habet ἕνεκεν.

CAP.

CAP. II

DE HEBRAISMIS N. T

SECTIO I

I Dialectus septima est Hebraizans eaque in N. T. est vsitatissima. Lucas saepe ea vtitur.

II Magnificentia N. T. non imminuitur, etiamsi Hebraismis scateat.

III Pasor et Vuyssius scripserunt de Hebraismis, quorum posterior eos redegit ad XIII classes, quae enumerantur.

IIII Haec Hebraismorum in tredecim classes distributio non arridet Vorstio ob quatuor rationes.

V Vorstius in dispositione Hebraismorum N. T. promittit, se quatuor esse spectaturum.

VI Vorstius laudatur, qui Hebraismos ad XXXI classes reduxit.

VII Prima Hebraismorum classis proponitur, eaque in duas species diuiditur, ad quarum posteriorem pertinent tres partes orationis, quae occasione linguae Hebraicae nouam significationem recipiunt.

VIII Exempla varia nominum Graecorum N. T. plures recipientium significationes enumerantur. Ratio datur, quare vocabula Hebraica, tam multa significent.

I

Restat iam septima N. T. dialectus describenda, quae vulgo *Hebraizans* appellari solet. Sacri scriptores N. T. fuerunt Hebraei, qui saepe allegarunt textus ex V. T. Hebraeo, et sermonem instituerunt ad Hebraeos, quique linguam Hebraeam reddiderant sibi maxime familiarem. Propterea iidem in scribendo N. T. genium illius linguae infinitis fere in locis expresserunt. Hinc nata est septima dialectorum species, aliis Graecis, propter defectum conuersationis cum Hebraeis,

ignota plane, ſed ſacris ſcriptoribus N. T. notiſſima, adeo vt vix caput in N. T. occurrat, in quo non diuerſi Hebraiſmi inueniantur. Euangeliſta Lucas, cuius ſtilus tam in Euangelio, quam in Actis, a veteribus iudicatur eſſe comtus et elegans, ac ſaecularem putatur redolere elegantiam, quae apud alios Euangeliſtas ita non inueniatur, multos immiſcuit Hebraiſmos; immo nonnulli contendunt, Lucam plures Hebraiſmos vſurpaſſe, quam vllum caeterorum N. T. ſcriptorum, atque in vno capite primo Euangelii quinquaginta quidem Hebraiſmos occurrere.

II Forte rogabis, annon faciat ad contemtum ſtili N. T., et ad deprimendam eius magnificentiam, ſi dicamus, eum tot Hebraiſmis ſcatere?

Reſpondeo. Nullo modo minuitur magnificentia N. T., etiamſi dicamus, in eo plurimos Hebraiſmos occurrere, ſed contra potius augetur eius magnificentia per illos Hebraiſmos. nam lingua Graeca N. T., reſpectu illorum Hebraiſmorum, ſapit linguam antiquiſſimam, praeſtantiſſimam et omnium perfectiſſimam, profectam a deo, et Adamo ab initio creationis inſtillatam, quae titulo *ſanctitatis* * ab Hebraeis et a Chriſtianis inſignitur. Hanc,

* Hebr. לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ. Sed quam impia venena ſub iſto nomine, a Chriſtianis quibuſdam, tanquam Buxtorfio et aliis, parum caute et prudenter vſurpato, lateant, docet Schultenſius ὁ μακαρίτης in Praefatione Commentarii ad Prouerbia Salomonis.

Hanc, inquam, linguam ſanctam, qua deus V. T. ſcribi curauit, repraeſentant Hebraiſmi, a ſacris ſcriptoribus expreſſi. Etiam talis lingua Graeca, ſcatens Hebraiſmis, fuit ſacris ſcriptoribus vſitata, et propterea etiam tali lingua Graeca vſi fuerunt in ſcribendo N. T. Si vero ſacri ſcriptores in colloquiis vſi fuiſſent lingua Graeca, deſtituta Hebraiſmis, qualem antiqui Graeci oratores vſurparunt, iique nihilominus in ſcribendo N. T. vſi fuiſſent ſtilo inconſueto, Graecis eo tempore ignoto et barbaro; tum vero ſimilius dici poſſet, tales Hebraiſmos diminuere magnificentiam N. T. nam tum N. T. non conſtaret lingua Graeca, Graecis vllibi in toto terrarum orbe vſitata. Sed quum N. T. conſtet tali lingua Graeca, qualis eo tempore fuit vſitata; ideo tales Hebraiſmi, in lingua Graeca N. T. paſſim vſurpari ſoliti, non imminuunt excellentiam eiuſdem Teſtamenti. Fruſtra ergo laborat Pfochenius, qui in *diatriba de linguae N. T. puritate* ſtudet et Hebraiſmis N. T. laruam detrahere, et ſimul probare, Hebraiſmos illos eſſe meros linguae Graecae Helleniſmos.

III Quia ſtilus N. T. Graeci linguam Hebraeam in quam plurimis locis repraeſentat; ideo diuerſi ſcriptores, linguae Hebraicae et Graecae periti, illos Hebraiſmos, vtpote non conuenientes cum antiqua lingua Graeca, deſcripſerunt, enumerarunt, et ad certas claſſes redegerunt. Inter eos eſt *Georgius Paſor*, qui in Grammatica ſua

Graeca, agens de aliis linguae Graecae N. T. dialectis, etiam enumerat diuerſa exempla Hebraiſmorum, quae ex N. T. collegit, ſed ea exempla ad certas claſſes non reduxit.

Praeterea *Caſparus Vuyſſius*, in *Dialectologia ſacra*, de Hebraiſmis N. T. paullo fuſius agens, diſtribuit et redegit eos omnes ad *tredecim claſſes*, quae tum in dicta Dialectologia, tum etiam ex ea in *Philologia ſacra* a Iohanne Vorſtio omnes enumerantur, ſcilicet capite primo eiuſdem libri. Eas tredecim ſpecies exinde breuiter et ordine recenſebimus.

Prima Hebraiſmorum claſſis eſt, quando *Nominatiuus* abſolute ponitur, et ſubintellegitur *quod attinet ad.* V. c. Apoc. 3, 12 habetur: *ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν Qui vicerit:* intell. quod attinet ad eum: *faciam illum.* Hunc morem etiam imitantur Hebraei; vt Ps. 18, 31 הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Deum*, intell. quod attinet ad, *perfecta eſt via eius*, h. e. *deus ſincere agit cum hominibus.*

Secunda eſt, quando nomina *ſubſtantiua* ponuntur pro *adiectiuis*, quod fit vel mediate per praepoſitionem; vt 1 Tim. 2, 7 *διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ Doctor gentium cum fide et veritate*, pro *πιστὸς καὶ ἀληθὴς Fidelis et verus:* vel immediate ſine praepoſitione; vt Luc. 18, 6 *ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας Iudex iniquitatis*, pro *ἄδικος Iniuſtus.* Sic dicitur Hebraice Pſ. 2, 9 שֵׁבֶט בַּרְזֶל *Virga ferri*, pro *ferrea.*

Tertia

Tertia classis est, quando vocula ἐν denotat vel instrumentum; vt Matth. 3, 11 βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι *Baptizo vos aqua:* vel quando denotat Accusatiuum obiecti; vt Luc. 12, 8 ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ. *Confitebitur illum.*

Quarta est, quando Datiuus θεῷ adiectiuis additur ad exprimendum gradum superlatiuum; vt Act. 7, 20 Moses dicitur ἀστεῖος τῷ θεῷ. *Venustus deo*, h. e. *venustissimus*. Sic Hebraice Ion. 3, 3 Niniue dicitur עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *Vrbs magna deo*, h. e. *maxima*.

Quinta est, quando ὅτως *Sic* pro τοῖος *Talis* ponitur; vt Luc. 22, 26 ὑμεῖς δὲ ὀυχ ὅτως *Vos autem non sic*, h. e. *tales*. Sic Hebraice Ps. 1, 4 לֹא־כֵן הָרְשָׁעִים *Non sic*, h. e. *tales*, *improbi*.

Sexta est, quando verbum προσκυνεῖν Datiuo iungitur, quum alias Accusatiuo iungatur; vt Matth. 2, 11 προσεκύνησαν αὐτῷ *Adorarunt illum.* Sic Hebraice 1 Reg. 22, 54 וַיִּשְׁתַּחֲוֶה לוֹ *Et incuruabat se ei*, h. e. *procumbens veneratus est eum.* Ad hanc classem refert Vuyssius tum verbum ἐνωτίζεσθαι *Auribus percipere*, Act. 2, 14, formatum ad formam הֶאֱזִין *Auribus percipere*, ab אֹזֶן *Auris*; tum et iam locum Matth. 18, 6 τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ *fiduciam ponentium in me*, secundum phrasin Hebraeam הֶאֱמִין בַּיהוָה *Confisus est deo.*

Septima classis est, quando vox Graeca, praeter ordinariam significationem, etiam recipit alias significationes, quia vox Hebraea tales significationes habet. V. c. χεῖλος significat *labium* 1 Pe. 3, 10: sed 1 Cor. 14, 21 metonymice denotat *linguas*,

et Hebr. 11, 12 metaphorice *littus*. Quare? quia שָׂפָה praeter *labium* etiam *linguam*, Gen. 11, 1, et *littus*, Gen. 22, 17, ſignificat.

Octaua eſt, quando in N. T. genus femininum vſurpatur pro neutro, quo Hebraei carent. V. c. Matth. 21, 42 habetur: *παρὰ κυρίȣ ἐγένετο αὕτη*, pro *τȣ̃το*, *A Ioua factum eſt hoc*. Eundem morem obſeruant etiam Hebraei; vt Pſ. 27, 3 בְּזֹאת אֲנִי בוֹטֵחַ *Eo ſum ſecurus*: vbi זאת eſt feminini generis.

Nona eſt, quando Datiuus adhibetur ad exprimendum praefixum ל; vt Apoc. 7, 10 *ἡ σωτηρία τῷ θεῷ Salus deo.* Ad hanc claſſem etiam refert, quod extat Matth. 19, 5 *προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ Adhaerebit vxori:* vt et quando idem ל exprimitur per Accuſatiuum cum praepoſitione *εἰς*, qui Accuſatiuus exponendus eſt vel per Nominatiuum; vt Matth. 19, 5 *οἱ δύο ἔσονται εἰς σάρκα μίαν*, pro *σὰρξ μία*: vel per Datiuum; vt Matth. 5, 22 *ἔνοχος ἔσαι εἰς τὴν γέενναν*, pro *τῇ γεέννῃ*: vel per Accuſatiuum ſolum; vt 1 Pe. 1, 11 *ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλȣ Scrutantes quem aut cuiuſmodi temporis articulum ſignificaret.*

Decima eſt, quando verbum nominis a ſe deducti vel Nominatiuum admittit; vt Act. 7, 34 *ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν Vidi afflictionem:* vel Datiuum; vt Matth. 13, 14 *ἀκοῇ ἀκȣ́σετε Audietis.*

Vndecima eſt, quando vocula *ἐν* ſignificat vel *per*; vt Gal. 1, 16 *ἐν ἐμοὶ Per me:* vel *propter*; vt Hebr. 11, 2 *ἐν ταύτῃ*, h. e. *διὰ ταύτην*, *Propter hanc.*

Duo-

Duodecima claſſis attribuitur formulae ἀπὸ μικρȣ̃ ἕως μεγάλȣ *A minimo vſque ad magnum*, quae extat Hebr. 8, 11. Vid. Gen. 19, 11.

Decima tertia denique claſſis tribuitur vocibus iunctis; vt βίβλος γενέσεως *Series generis*, Matth. 1, 1. Graecé enim diceretur ἡ γενεαλογία, ſed Hebraice dicitur סֵפֶר תּוֹלְדֹת *Liber generationum*, Gen. 5, 1. Et hinc in N. T. *genealogia* vocatur βίβλος γενέσεως.

IIII Haec Hebraiſmorum in tredecim claſſes diuiſio non arridet doctiſſimo Iohanni Vorſtio in Philologia Sacra, ca. 1, propter quatuor praecipue rationes.

1 Quia quaedam ad diuerſas claſſes ſunt relata, quae commodius ad vnam eandemque referri poſſunt. Putat enim ex claſſe tertia, ſeptima, vndecima et decima tertia, vnam claſſem eſſe faciendam, quia haec omnia, quae ad illas quatuor claſſes referuntur, ad exemplum Hebraearum vocum aut praefixorum, nouam aliquam vim et ſignificationem recipiunt.

2 Quia quaedam ad eandem claſſem referuntur, quae ad diuerſas referri debent. nam quaedam, ad eandem claſſem relata, nulla ratione inter ſe conueniunt. Hoc probat ex claſſe ſexta, in qua verbum προσκυνεῖν, conſtructum cum datiuo, creditur eſſe Hebraicae dialecti, ſed verbum ἐνωτίζεσθαι non ob aliquam conſtructionem creditur eſſe Hebraicae dialecti, ſed quia fit ab ȣ̃ς, ὠτὸς *Auris*, quaſi dicas *inaurire*, factum ad imitationem verbi Hebraei הֶאֱזִין ab אֹזֶן *Auris*. Praeterquam quod haec ſint diuerſa, etiam

bat idem Vorſtius, verbum illud non eſſe inuentum a Graecis interpretibus aut ſcriptoribus N. T., ſed iam ante fuiſſe vſitatum in vulgari ſermone Graeco; quod variis exemplis demonſtratur. *

3 Quia innumera fere occurrunt in N. T., quae ad nullam ex illis tredecim claſſibus referri poſſunt. V. c. quo Vuyſſius referret hos ſequentes Hebraiſmos, vulgo notiſſimos, *κατοικεῖν ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, πρόσωπον λαμβάνειν, υἱὸς ἀπειθείας, υἱὸς εἰρήνης κ. λ.*?

4 Quia nonnulla in ipſis illis tredecim claſſibus occurrunt, quae non ſatis vera ſunt, vel quae non ſatis perfecte ſunt dicta; vt in claſſe decima dicitur, *verbum admittit Nominatiuum nominis a ſe deducti*, quum debuiſſet dicere *Nominatiuum Participii.* Sed non mirum eſt, Vuyſſium, qui inter primos in eruendis Hebraiſmis glaciem fregit, nonnunquam hic et alibi lapſum eſſe. Sua tamen ipſi debetur laus, quod magno conatu, in ſtudio-

ſorum

* Errat hic Leuſdenus. nam verbum ἐνωτίζεσθαι ante Apoſtolorum tempora vſitatum fuiſſe, neque ab his Alexandrinisue interpretibus noue fabricatum, Vorſtius ex nullo vllius ſcriptoris loco demonſtrat, ſed tantum collegit ex eo, quod auctor libri ſapientiae, qui vix videatur Hebraea vertiſſe Graece, neque adeo ad Hebraeum quoddam verbum alludere potuerit, eo vſus ſit ca. 6, 2. Affert etiam gloſſam Heſychii hanc: ἐνωτίζε. ἐν τοῖς ὠτίοις δέχε. Sed ex hac nihil poteſt pro ipſa verbi elegantia cogi. pertinet enim ad loca V. T. haec: Iob. 33, 1. 16. 31. c. 37, 14. Ieſ. 1, 2: vel ſaltem ad vnum ex illis.

ſorum gratiam, tot et varias claſſes collegerit, easque variis exemplis illuſtrauerit.

V Vorſtius igitur aliter claſſes Hebraiſmorum diſpoſuit, et in iis digerendis haec quatuor ſe ſpectaturum eſſe promittit. 1 Non refert ad diverſas claſſes, quae pertinent ad vnam eandemque. 2 Non refert ad vnam eandemque, quae multum ſunt diuerſa, nec vllo modo cognata. 3 Non numerabit in Hebraiſmis, quae in illis numeranda non ſunt. 4 Non conſtituet pauciores claſſes, quam quae recipere poſſint omnia illa, quae in N. T. Hebraeam linguam ſapiunt.

Per Hebraeam linguam non tantum intellegit Vorſtius eam linguam, quae in V. T. eſt vſitata, ſed etiam eam, quae ab antiqua illa lingua paululum deflexit, quaeque temporibus Chriſti et Apoſtolorum in Iudaeorum ſcriptis fuit vſitata. Non tamen ad has ſpecies vult referre vocabula Syriaca aut Hebraica, Graecis tantum litteris ſcripta, vt *ταλιθὰ κοῦμι*, *ἐφφαθὰ*, *λαμὰ σαβαχθανὶ*, *ἀκελδαμὰ*, *γαββαθά*. nec ea, quae Graeca ciuitate quaſi donata ſunt, vt *μαμμωνᾶς*, *κορβανᾶς*, *γέεννα*, *σίκλος*, *σάτον κ. λ.*

VI Omnium optime claſſes Hebraiſmorum diſtribuit doctiſſimus Iohannes Vorſtius in duabus Partibus Philologiae Sacrae, quarum Pars prior eſt edita Lugduni Batauorum A. CIϽIϽCLVIII apud Ioh. Zachariam Baron, et poſterior Amſtelodami apud Iohannem Ianſonium a Vuaesberge A. CIϽIϽC LXV. Caſparus Vuyſſius tantum tredecim claſſes conſtituerat, ſed hic Ioh. Vorſtius illum numerum

rum auxit ad classes triginta et vnam. Et quum nemo melius, solidius ac clarius de illis Hebraismis egerit; non possumus non supra dictam Philologiam aliis commendare, et auctori summas pro labore, in his Hebraismis eruendis et collegendis adhibito, gratias agere. Sed quum illa *Philologia Sacra* sit Opus magnum, et duobus libris formae quadripartitae contineatur, quales de re vna legere non omnium studiosorum in cursu Academico ferant rationes; ideo in gratiam talium et aliorum statui omnes illas classes Hebraismorum breuiter et succincte ex dicta illa Philologia Sacra ordine enarrare; relegans curiosos lectores, harum classium vberiorem explicationem desiderantes, ad dictam Philologiam.

VII Classes Hebraismorum triginta et vna in duabus Partibus Philologiae Sacrae fuse explicantur, scilicet decem in Parte priori, et reliquae in Parte posteriori.

Prima Hebraismorum classis est, qua vocabulis origine Graecis data est, occasione vocis Hebraicae, alia significatio, quae in vulgari lingua Graeca non obseruatur. Ad hanc igitur classem non referuntur nisi ea, quae occasione linguae Hebraicae nouam significationem receperunt. Sunt quidem alia vocabula, quibus alias ob caussas noua significatio indita est. v. c. vox ἐκκλησία ob defectum vocabuli denotat *coetum cultui diuino addictum.* nam non sunt tot vocabula, quot res.

Occasio

Occaſio alias ſignificationes recipiendi eſt duplex: 1 vel quod ſcriptores ſacri alluderent ad originem alicuius Hebraei vocabuli, quod vocabulo Graeco reddere vellent: 2 vel quod certa Hebraea vocabula duplicem aut multiplicem ſignificationem haberent, hiſque vocabula Graeca illarum ſignificationum vna iam ante reſpondiſſent.

Ad priorem occaſionem referuntur nonnulla exempla. V. c. vox ξηρὰ *Arida* in N. T. etiam ſignificat *terram*, quia vox יַבָּשָׁה, deſcendens a verbo יָבֵשׁ *Exaruit*, etiam *terram* ſignificat: vt Matth. 23, 15 περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν *Circumitis mare et terram*, h. e. *omnem operam datis*. Sic Ion. 1, 9 אֲשֶׁר־עָשָׂה אֶת־הַיָּם וְאֶת־הַיַּבָּשָׁה *Qui fecit mare et terram*.

Ad poſteriorem occaſionem, ſcilicet quod vocabula Graeca N. T. ideo plures recipiunt ſignificationes, quia vocabula Hebraica tales ſignificationes habent, pertinent innumera fere exempla; primo *Nominum*, ſecundo *Verborum*, et tertio *vocularum quarundam*, quae nec Nomina nec Verba ſunt. Singulorum proferemus ex Vorſtio quaedam exempla.

VIII Nomina Graeca N. T. plures recipiunt ſignificationes, quam apud vulgares Graecos. V. c. vox βίβλος, vulgo *librum* denotans, in N. T. ſignificat etiam *catalogum*, vt Matth. 1, 1 βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ *Liber generationis Ieſu*, h. e. *catalogus*. nam totus liber non agit de proſapia Chriſti. Quare βίβλος geminam habet ſignificationem? quia

quia vox Hebraea סֵפֶר praeter *librum* etiam *catalogum* denotat; vt Gen. 5, 1 זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם *Hic eſt catalogus generationum*, h. e. *haec eſt genealogia*, *Adami.*

Quaeritur: quare vocabula Hebraica ſaepe tam multas habent ſignificationes?

Reſpondeo. Hoc fit ob inopiam vocabulorum Hebraicorum. nam lingua Hebraica eſt pauper et pauciſſimis vocabulis conſtat, ſed res ſunt plurimae et innumerae, et propterea vnum idemque vocabulum Hebraicum plures recepit ſignificationes. Scriptores N. T., ſcribentes Graece, potuiſſent aliis vocabulis Graecis ſignificantioribus, vſitatam ſignificationem habentibus, mentem ſuam exprimere. nam lingua Graeca habet magnam copiam vocabulorum, quibus res fere omnes ſatis ſignificanter poſſint exprimi. Sed ſacris ſcriptoribus, vtpote Hebraeis ſiue Syris, placuit multis vocabulis Graecis, praeter ordinariam et vſitatam ſignificationem, etiam aliam, occaſione vocabulorum Hebraicorum, indere.

Similiter τὸ ξύλον, ſignificans *lignum*, in N. T. etiam *arborem* denotat; vt Apoc. 2, 7 ἐκ τȣ͂ ξύλȣ τῆς ζωῆς *De arbore vitae.* nam vox עֵץ in V. T. vtrumque ſignificat.

Ῥῆμα *Verbum* in N. T. etiam *rem* denotat; vt Luc. 1, 37. Act. 10, 37: quia דָּבָר idem paſſim ſignificat.

Ἀιὼν *Aeternitas* in N. T. etiam *mundum* significat; vt 2 Cor. 4, 4, vbi diabolus vocatur θεὸς τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ *Deus huius mundi*, et Hebr. 1, 2 δι' ȣ͂ καὶ τȣ̀ς αἰῶνας ἐποίησεν *Per quem etiam mundum fecit*. nam עוֹלָם praeter *aeternitatem* etiam *mundum* significat, vt Eccl. 3, 11.

Ἔθνος vulgo est *gens quaelibet*, sed in N. T. etiam significat *talem gentem*, *quae deum verum non norit*; vt Matth. 10, 5 εἰς τὴν ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε *In viam gentium ne abieritis*: quia vox Hebraica גוֹי interdum talem significationem habet; vt Nehem. 5, 8 הַיְּהוּדִים הַנִּמְכָּרִים לַגּוֹיִם *Iudaei venditi sunt gentibus*. Hinc Christianus quilibet a Iudaeis, qui illum inter infideles numerant, vocatur גוֹי *Gentilis*.

Εἷς *Vnus* apud Graecos vulgares est numerus *cardinalis*, sed in N. T. etiam est *ordinalis*, et denotat *primus*. V. c. Marc. 16, 2 καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων *Et summo mane diei primi hebdomadis*; quod idem Euangelista v. 9 magis Graece dicit, πρώτῃ σαββάτȣ *Primo die hebdomadis*. Similiter Luc. 24, 1. 1 Cor. 16, 2. Act. 20, 7 vox εἷς significat *primus*. Hoc fit more Hebraeorum; vt Gen. 1, 5 יוֹם אֶחָד *Dies vnus* h. e. *primus*. Quod et Iosephus annotat Antiquitt. 1, 2 καὶ αὕτη μὲν ἡ πρώτη ἡμέρα. Μωϋσῆς δὲ αὐτὴν μίαν εἶπε *Et haec quidem fuit prima dies. Moses vero* μίαν vnam *eam appellauit*.

lauit. Sic Gen. 8, 5 בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *Primo die illius mensis.* *

Εὐθὺς *Rectus* in N. T. significat etiam *sincerum;* vt Act. 8, 21 ἡ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα *Animus tuus non est sincerus.* nam vox יָשָׁר vtrumque denotat, vt Iob. 1, 1 Iobus vocatur Vir יָשָׁר *Sincerus s. integer.*

Δίκαιος *Iustus* in N. T. etiam est *pius, bonus, honestus;* vt Act. 10, 22 Cornelius vocatur ἀνὴρ δίκαιος *Vir bonus, honestus.* nam צַדִּיק idem Hebraice denotat. Vid Ps. 1, 5.

Ἀδελφὸς *Frater* in N. T. denotat *quemuis alium;* vt Matth. 5, 22 πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ *Quicunque irascitur fratri suo,* h. e. *alteri, temere.* Similiter ca. 7, 3 τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου *Cur vero vides festucam, quae est in oculo fratris tui,* h. e. *alterius?* Nam vox Hebraica אָח, praeter *fratrem,* etiam *alterum* significat; vt Gen. 26, 31 Isaacus et Abimelechus dicuntur foedus inter se, iureiurando interposito, fecisse, אִישׁ לְאָחִיו *Alter cum altero.* Sic Ex. 25, 20.

Οὐρανὸς

* Neque vero debet omitti, id quod iam in Stockii Claue N. T. monuimus, εἷς significare in N. T. (v. c. Marc. 12, 28) *aliquis,* quia Hebr. אֶחָד eandem vim habeat. Vid. 2 Sam. 12, 1. Sic Gen. 27, 44 est יָמִים אֲחָדִים. Sed interpretes Alexandrini vertunt rectissime: ἡμέρας τινάς. Constat denique, Hebraeos, quando

'Ουρανὸς *Caelum* in N. T. significat etiam *deum*; vt Luc. 15, 21 ἥμαρτον ἐις τὸν ουρανὸν *Peccaui in deum.* nam שָׁמַיִם Hebraice vtrumque denotat, non quidem in textu Hebraico V. T., sed in Chaldaeo; vt Dan. 3, 23 מִן־דִּי תִנְדַּע דִּי שַׁלִּטִין שְׁמַיָּא *Ex quo cognosces, dominari deum.* Etiam apud Rabbinos שָׁמַיִם passim denotat *deum.*

Σπέρμα *Semen, granum*, in N. T. etiam *filium, filiam* et *nepotes*, vno verbo *posteros*, denotat; vt Ioh. 8, 33 σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμὲν *Semen*, h. e. *posteri, Abrahami sumus.* nam זֶרַע Hebraice eadem significat.

Ψυχὴ *Anima* in N. T. significat *hominem* et omnino *animantem* *; vt Act. 3, 23 πᾶσα ψυχὴ *Omnis*

quando velint dicere *alterum - alterum*, ponere אחד וְאחד. Vid. 2 Par. 3, 17. Vnde intellegitur, quare εἷς καὶ εἷς eodem modo in N. T. vsurpetur. Vid. Matth. 20, 21 et Marc. 10, 37. Graeci dicunt ὁ μὲν - ὁ δέ.

* Leusdenus scripserat *cadauer*, et verba: ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, verterat: *cadauer eius.* Etsi enim cum Hebr. nomen נֶפֶשׁ, tum Gr. ψυχὴ in Alexandrina versione, de *cadauere* non semel dicuntur; (vid. Drusius Obseruatt. II. 7 et Gatakerus de stilo N. T. ca. 10 p. 66) tamen quum de Christo vsurpantur, non videntur ita accipi exponique posse. Sed ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, vt Hebr. נַפְשׁוֹ, idem est quod αὐτός. Sic Marc. 10, 45 est δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Sed Paullus 1 Tim. 2, 6 dicit: ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων,

Omnis homo. Ibid. ca. 2, 31 ὅτι ȣ̓ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτȣ̃ εἰς ᾅδȣ *Non relictus est ipse in sepulcro.* Apoc. 16, 3 καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ *Atque omne animal viuens mortuum est in mari.* Hae nouae significationes oriuntur ex vocabulo Hebraeo נֶפֶשׁ, quod, praeter *animam*, etiam *hominem* omninoque *animantem* significat; vt Gen. 46, 18. 26. Vide plura similia nomina, diuersam in N. T. significationem occasione vocum Hebraicarum recipientia, in Philologia Sacra ca. 2, 3 et 4.*

* Ea nos hic tironum caussa apponemus, licet Vorstius de quibusdam eorum dubitet, an in Hebraismis numerari debeant.

Ἀκοὴ *Auditus* in N. T. notat cum *concionem*, vt Gal. 3, 2; tum *rumorem* et *famam*, vt Matth. 4, 24. nam nomen Hebr. שְׁמֻעָה eadem significat. Vid. Ef. 53, 1. 2 Sam. 4, 4: vbi Alexandrini interpretes, qui vocabulo ἀκοὴ alias etiam sic vtuntur, habent ἀγγελία.

Ὀφείλημα *Debitum* et ὀφειλέτης *Debitor* a Matthaeo ca. 6, 12 et a Luca ca. 13, 4 ita vsurpantur, vt illud *peccatum*, hoc *peccatorem* significet. Caussa esse videtur, quia et Iudaei vocabulis חוֹב *Debitum* et חַיָּב *Debitor* eandem vim subiecere. Vid. Targum Pf. 1, 1. Gen. 18, 23 et ca. 20, 9.

Σκῦλον, quod vocabulum proprie *praedam* denotat, in N. T. dicitur de *supellectili*. Vid. Luc. 11, 22 coll. Matth. 12, 29. Caussa est, quod Hebr. שָׁלָל *Praeda* etiam *supellectilem* significat. Vid. Esth. 3, 13: vbi in Alexandrina versione est τὰ ὑπάρχοντα.

Ἀργὸς

'Ἀργὸς *Deſes* in N. T., Matth. 12, 36, ponitur pro *inutilis, inanis*. nam Chaldaei vocabulum בְּטֵל, quod *otioſum* ſignificat, eodem modo vſurpant. Vid. Targum Ex. 5, 9.

Γραμματεὺς *Scriba* in N. T. eſt *legis peritus, legis doctor*; cuiuſmodi loca in Euangeliis paſſim reperiuntur. nam et Hebr. סוֹפֵר *Scriba* ita accipitur, vt Eſr. 7, 6.

Σκάνδαλον in N. T. dicitur de *actionibus malis et ſermonibus prauis, quibus fit, vt alter iiſdem vtatur et delectetur*, vt Matth. 18, 7. Luc. 17, 1. nam et Hebr. מִכְשׁוֹל eandem notionem habet. Vid. 1 Sam. 25, 31. Idem tenendum eſt de verbo σκανδαλίζειν, et Hebr. כָּשַׁל. Vid. 1 Cor. 8, 13. Matth. 15, 12. Mal. 2, 8.

Κέρας *Cornu* Luc. 1, 69 eſt *eminens atque illuſtris in familia*, quia Hebraei ſic vtuntur vocabulo קֶרֶן. Vid. Pſ. 132, 17.

Ἡμέρα *Dies* dicitur in N. T. paſſim de *tempore*. nam et Pluralis Hebraici nominis יוֹם ita vſurpatur. Vid. 2 Reg. 15, 18 &c.

Εἰρήνη *Pax* Luc. 10, 5 et aliis in locis, ſignificat *ſalutem, felicitatem omnis generis*. Hebraicum nomen שָׁלוֹם *Pax* eodem modo vſurpatum legitur 1 Sam. 20, 41. ca. 29, 7.

Σὰρξ *Caro* denotat Matth. 24, 22. Act. 2, 17. 1 Cor. 1, 29 &c. *hominem*, quia Hebr. בָּשָׂר *Caro* eandem poteſtatem in V. T. habet. Vid. Gen. 6, 12. Ez. 20, 48.

Γλῶσσαι *Linguae* Act. 5, 9 et alibi notant *populos, qui linguis vtuntur*, quia pluralis vocabuli Hebr. לָשׁוֹן ita vſurpatur. Vid. Dan. 3, 4.

Παραβολὴ in N. T. eſt *quoduis ſcite dictum et apophthegma*, vt Matth. 15, 15. nam et Hebr. מָשָׁל ita ſumitur, vt Eſ. 14, 4 &c.

Ποτήριον *Poculum* Matth. 20, 22. Marc. 10, 38 &c. dicitur de *malis, incommodis, periculis, calamitatibus*

tatibus omnis generis, vt *nece* &c. Sic Hebr. כּוֹס Pſ. 75, 9.

Σκεῦος *Vas* ſignificat *rem* 1 Pe. 3, 7. Sic Hebr. כְּלִי *Vas* legitur Hoſ. 13, 15. Quod ipſum vocabulum quum etiam *corpus* ſignificet; vid. 1 Sam. 21, 6; apparet, cur nomini σκεῦος in N. T. eadem notio ſit ſubiecta. Vid. 1 Theſſ. 4, 4.

Σπλάγχνα, quo apud Graecos notantur *viſcera* vel *animus*, in N. T. *miſericordiam* ſignificat. Vid. 2 Cor. 7, 15. Ratio eſt, quoniam Hebr. רַחֲמִים cum *viſcera animumque* denotat, tum *miſericordiam*. Vid. Gen. 43, 30. Pſ. 51, 3.

Δικαιοσύνη *Iuſtitia* in N. T. etiam *virtutem, pietatem*, 1 Pe. 3, 14: et *liberalitatem* ſiue *benignitatem* et *ſtipem* notat, vt 2 Cor. 9, 9. nam et צְדָקָה Hebraeorum ſic ſumitur. Vid. Prou. 11, 4. Dan. 4, 24. Pſ. 112, 9.

Νύμφη *Sponſa* in N. T. quum opponitur τῇ πενθερᾷ, ſignificat *nurum*, vt Luc. 12, 53. nam et Hebraei τῇ כַּלָּה hanc notionem ſubiiciunt, ſiue opponatur τῷ חָם, vt Gen. 38, 11. coll. v. 13., ſiue τῇ חָמוֹת, vt Ruth. 2, 20. coll. v. 19.

Caetera, vt πνεῦμα, iam, quia breuitati ſtudendum eſt, mittemus.

SECT.

SECTIO II

I *Exempla verborum, quae aliam in N. T. receperunt significationem, occasione linguae Hebraicae.*
II *Itidem exempla vocularum allegantur.*
III *Ad secundam Hebraismorum classem referuntur* abstracta *pro* concretis *posita.*
IIII *Etiam quando* posterius substantiuum *pro* adiectiuo *sumitur.** *Ratio datur quare hoc fiat.*
V *Itidem quando* prius substantiuum *per* adiectiuum *exponitur.*
VI *Ad tertiam classem pertinent* feminina *posita pro* neutris.
VII *Etiam* Nominatiui *positi pro* Datiuis *vel* Accusatiuis, *subintellecto fere* quod attinet ad. *Itidem* Datiui *pro* Genitiuis.
VIII *Quarta classis continet iterationem vocabulorum, denotantium vel* distributionem in multas partes:
VIIII *Vel facientium* vniuersalem enunciationem:
X *Vel significantium* distributionem in aequales partes.

I

Ad primam Hebraismorum classem praeter nomina, quae diuersam significationem, occasione linguae Hebraicae, recipiunt, etiam pertinent verba, quae iam *secundo* sequuntur explicanda. Verba nonnulla in N. T. nouam accipiunt significationem occasione linguae Hebraicae. V. c. verbum μισεῖν *odisse* in N. T. etiam significat *minus diligere*, *minus curare*, *postponere;* vt Luc. 14, 26 καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ *Nec odit patrem suum*, h. e. *minus diligit*, vt apparet ex Matth. 10, 37: vbi verba illa Lucae ita exprimuntur: ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ. Vid. etiam Ioh. 12, 25. Matth. 6, 24 et Luc. 16, 13. Haec noua significatio verbi μισεῖν originem habet ex Hebraico verbo שָׂנֵא, quod, praeter *odisse*,

etiam *minus amare* denotat. V. c. Gen. 29, 31 וַיַּרְא יְהוָה כִּי־שְׂנוּאָה לֵאָה *Quum vero videret Ioua, odio haberi Leam*, h. e. *minus amari quam Rahelem*: quod patet ex v. 30 וַיֶּאֱהַב גַּם־אֶת־רָחֵל מִלֵּאָה *Et dilexit Rahelem prae Lea.* Sic etiam φιλεῖν *Diligere* in N. T. significat *plus amare*; vt Ioh. 12, 25. nam אָהַב vtrumque denotat.

Καλεῖσθαι *Vocari* in N. T. etiam denotat εἶναι *Esse*; vt Matth. 5, 9 υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται *Filii dei vocabuntur*, h. e. *erunt*. Vid. etiam v. 19 et ca. 21, 13. nam verbum קָרָא et Ni. נִקְרָא idem denotat; vt Ies. 56, 7.

Ἐνδύεσθαι *Indui*, scilicet *vestimento*, in N. T. significat *aliis quibusdam rebus*, vt *sapientia* &c., *affici* vel *instrui*; vt 1 Cor. 15, 23 ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν et ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. nam verbum לָבַשׁ idem denotat; vt Ps. 35, 26 יִלְבְּשׁוּ־בֹשֶׁת וּכְלִמָּה *Induantur pudore et ignominia.* Vid. etiam Ps. 132, 9.

Ποιεῖν *Facere* in N. T. significat φέρειν *Ferre*; vt ποιεῖν καρπὸν *Fructum ferre*, Matth. 3, 10. nam עָשָׂה Hebraice etiam *ferre* denotat; vt Gen. 1, 12 עֵץ עֹשֶׂה־פְּרִי *Arbores facientes*, h. e. *ferentes, fructus.* Praeterea ποιεῖν in N. T. est idem quod φάγειν *Comedere*; vt Matth. 26, 18 πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου *Apud te faciam*, h. e. *comedam**, *Pascha cum discipulis meis.* nam

* Leusdenus verterat: *facio* h. e. *comedo.* Sed ποιῶ non est Praesens, sed Futurum, pro ποιήσω. cf. Animaduers. ad Vuelleri Gram. p. 194

nam Luc. 22, 11 explicatur per *φαγεῖν Comedere*. Πάσχα ποιεῖν non poteſt denotare πάσχα ἑτοιμάζειν *Paſcha parare*. nam illud parauerant Petrus et Iohannes, Luc. 22, 8. Sed hic vult πάσχα ποιεῖν cum omnibus diſcipulis. Verbum ποιεῖν hanc nouam ſignificationem habet, quia verbum עָשָׂה idem denotat; vt Ex. 12, 48, vbi עֲשׂוֹת פֶּסַח *Facere Paſcha* eſt *comedere Paſcha*.

Πίπτειν *Cadere* in N. T. etiam denotat *non fieri, non praeſtari*; vt Luc. 16, 17 εὐκοπώτερον — ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν *Facilius — quam vt legis vnus apex cadat*, h. e. *non fiat, non praeſtetur*. nam נָפַל *Cecidit* idem denotat; vt Ioſ. 23, 14. לֹא־נָפַל דָּבָר אֶחָד מִכֹּל וגו׳ *Facta ſunt, contigerunt omnia, quae deus promiſerat vobis, bona*. Similiter πίπτειν in N. T. dicuntur, qui clade diuinitus immiſſa moriuntur; vt 1 Cor. 10, 8 καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ *Et conciderunt vno die tria et viginti millia*. nam נָפַל apud Hebraeos idem ſignificat; vt Ezech. 6, 11: אֲשֶׁר בַּחֶרֶב בָּרָעָב וּבַדֶּבֶר יִפֹּלוּ׃ *Qui gladio, fame et peſte cadent* ſ. *peribunt*.

Etiam multa alia verba in N. T. occurrunt, quae, occaſione linguae Hebraicae, nouam accipiant ſignificationem:

V. c. ἀναστῆναι, praeter *ſurgere*, etiam denotat *exoriri, exiſtere*. Act. 7, 18. Hebr. קוּם. Vid. Ex. 1, 8. 1 Reg. 3, 12.

Διδόναι *Dare* denotat etiam vel *conſtituere, officium* ſ. *munus alicui demandare*, Eph. 4, 11; vel

facere aut *patrare*, Matth. 24, 24. Hebr. נָתַן. Vid. Ier. 29, 26. Deut. 13, 2.

Κάθημαι *Sedeo* est Matth. 4, 16 *habito*. Hebr. יָשַׁב. Vid. Ies. 9, 1.

Ἐξομολογεῖσθαι *Confiteri* denotat Matth. 11, 25 *laudare*, *celebrare*. Hebr. הוֹדָה Vid. 2 Sam. 22, 50.

Πλήττεσθαι *Percuti* Apoc. 8, 12 denotat *defectum solis* &c. Talmud. לָקָה, tr. Maccoth. ca. 3. Vide haec omnia fuse explicata ca. 5 Philologiae Sacrae.

Capite sexto exponuntur verba alia, vt πληροῦσθαι et πλήθεσθαι *, vt et formulae πληροῦν τὸν νόμον *Implere legem*, h. e. *facere ea*, *quae lex iubet*: πληροῦν πᾶσαν δικαιοσύνην *Omnia facere ea*, *quae deus constituit*: φυλάσσειν, et τηρεῖν, πράσσειν et τελεῖν τὸν νόμον *Facere ea*, *quae lex iubet*.

Περιπατεῖν *Ambulare* Marc. 7, 5 denotat *viuere*. Hebr. הָלַךְ. Vid. Leu. 26, 3.

Πορεύεσθαι *Proficisci* ep. Iud. v. 16 significat *viuere*. Hebr. הָלַךְ. Vid. Prou. 14, 2.

Κοιμᾶσθαι *Dormire* Act. 7, 60. 1 Cor. 11, 30 notat *mortuum esse*. Hebr. שָׁכַב. Vid. 2 Reg. 20, 21. Etiam

* Saepe enim verba haec dicuntur in N. T. de tempore, ita quidem, vt iis tempus vel praeteritum vel praesens significetur. Vid. Luc. 1, 23. Act. 7, 30. Hoc vero factum est propterea, quia Hebr. מָלֵא etiam sic de tempore vsurpatur. Vid. Leu. 25, 30. Esth. 1, 5.

Etiam de verbo ἐυλογεῖν accurate eodem capite a Vorſtio agitur.

II Praeter nomina et verba etiam *Voculae* quaedam, quae nec nomina nec verba ſunt, nouam *tertio* accipiunt ſignificationem, occaſione linguae Hebraicae. V. c. τίς *Quis* in N. T. ſaepe ſumitur pro ἐίτις *Si quis*; vt Iac. 3, 13 τίς σοφὸς καὶ ἐπιςήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναςροφῆς τὰ ἔργα ἀυτȣ͂ *Quis ſapiens et ſcientia praeditus inter vos? Oſtendat id proba vita*; pro ἔι τις *Si quis.* Hoc fit, quia vocula מִי *Quis* ſaepe apud Hebraeos ſignificat *Si quis*. V. c. Pſ. 107, 43 מִי־חָכָם וְיִשְׁמָר־אֵלֶּה *Quis ſapiens? Et obſeruabit haec*, h. e. *ſi quis ſapiens eſt, is obſeruabit haec.*

Ἐν *In* ſaepe in N. T. denotat *eum, qui virtutem agendi ſuppeditat*, vel ipſam *cauſſam efficientem*; adeo vt ſaepe idem valeat quod ὑπὸ *A* aut διὰ *Per*; vt Luc. 4, 1 ἤγετο ἐν τῷ πνέυματι ἐις τὴν ἔρημον *Actus eſt per Spiritum in deſerta* ſ. *ſolitudinem*: vbi ἐν eſt pro διὰ vel pro ὑπὸ, vti Matth. 4, 1 explicatur. add. Matth. 12, 28. Ἐν talem habet ſignificationem, quia praefixum בּ Hebraicum idem denotat; vt Pſ. 18, 30 כִּי בְךָ אָרֻץ גְּדוּד וּבֵאלֹהַי אֲדַלֶּג־שׁוּר׃ *Nam in te*, h. e. *per te, tuo auxilio, aggreſſus ſum hoſtes, et per deum meum* ſ. *dei mei ope, occupaui vrbes.*

Deinde ἐν ſaepe denotat *miniſterium*; vt Hebr. 1, 1 ἐν τοῖς προφήταις *Per Prophetas*, ἐν υἱῷ *Per filium.* nam praefixum Hebraicum בּ ſaepe idem ſignificat; vt Num. 12, 2 בְּמֹשֶׁה *Per Moſen.*

Sunt praeterea aliae voculae, quae occasione linguae Hebraicae alias sortiuntur significationes, vt εἰς, ὀ, καὶ, δωρεὰν et πέραν, sed curiosus lector poterit eas videre explicatas capite septimo Philologiae Sacrae. *

III Iam *secunda* Hebraismorum N. T. *classis* est describenda, assignata talibus vocibus, quae noue sunt vsurpatae pro *cognatis* atque *eiusdem originis vocabulis*, et pro non multum diuersis; quod tribus modis fieri potest:

Primo quando *substantiua* ponuntur pro *cognatis adiectiuis* aut *Participiis* adiectiue vsurpatis, h. e. *abstracta* pro *concretis*; vt Eph. 5, 8, vbi σκότος et φῶς ponuntur pro ἐσκοτισμένοι et πεφωτισμένοι. Similiter Rom. 4, 12 Abrahamus vocatur *pater* τῆς περιτομῆς, h. e. περιτετμημένων *Circumcisorum*. Tales modi loquendi Hebraismum sapiunt. nam eodem modo loquuntur Hebraei; vt 1 Sam. 21, 6 קֹדֶשׁ *Sanctitas* ponitur pro קָדוֹשׁ *Sanctus*: et Ps. 35, 6 יְהִי־דַרְכָּם חשֶׁךְ וַחֲלַקְלַקּוֹת *Sit via ipsorum tenebrae et lubricitates*, h. e. *tenebricosa et lubrica*.

IIII *Se-*

* Sed nos pauca de iis addemus. Ἐις 1 Cor. 10, 2, vt Hebraeorum praefixum בּ, significat *per*. Ὀυ Matth. 5, 21 et alibi, vsurpatur, in dissuasione et prohibitione, ad exemplum particulae Hebr. לֹא. Graeci tum vtuntur fere particula μή. Δωρεὰν Gal. 2, 21 est *frustra, in nullum bonum finem* seu *vsum*, vt Hebr. חִנָּם Iob. 1, 11: et Ioh. 15, 25 est *fine caussa*, vt חִנָּם Ps. 34, 22. Πέραν denique significat

IIII *Secundo* quando *bina substantiua* iunguntur, quorum *posterius* in secundo casu positum, per *adiectiuum* explicari debet; vt Luc. 18, 6 *κριτὴς τῆς ἀδικίας Iudex iniustitiae*. h. e. *ἄδικος Iniustus*. Col. 1, 13 *υἱὸς τῆς ἀγάπης Filius amoris*, h. e. *ἀγαπητὸς Dilectus*, * prout vulgares Graeci dicerent, et vti etiam Matth. 3, 17 habetur. Scriptores N. T. ita loquuntur more Hebraeorum. nam hi saepissime adiectiua tali modo per substantiua exprimere solent; vt Prou. 26, 19 אִישׁ רְמָּה *Vir doli*, h. e. *dolosus*. Hag. 2, 12 בְּשַׂר־קֹדֶשׁ *Caro sanctitatis*, h. e. *sancta*.

Hinc *quaeritur*: quare Hebraei vsurpant vt plurimum substantiua, quando Graeci et Latini vtuntur adiectiuis?

Respondeo: Hebraei vtuntur substantiuis fere propter defectum adiectiuorum. nam Hebraei habent paucissima adiectiua. V. c. pro *mensa lignea* dicunt Hebraei *mensa ligni*, quia ex עֵץ, quod *lignum* notat, non possunt formare adiectiuum, quo *lignea* exprimatur. Aliquando tamen vsi sunt sub-

significat Matth. 4, 15 *ad*, *iuxta*, *circa*, vt Hebr. עֵבֶר Deut. 1, 1. ca. 4, 44 &c. Nam de particula *καὶ* quia paucis non ita potest exponi, vt tirones intellegant, ipsum adibunt Vorstii librum. Sed debet tamen teneri, eam fere tum, quum redvndat, ad Hebraeorum particulae ו exemplum a diuinis scriptoribus adhiberi.

* Verte *vnicus*. nam *ἀγαπητὸς* idem est quod *μονογενής*. Vid. praeter interpretes N. T. Kusterus ad Suidam in h. v.

ſubſtantiuo, quum adiectiuo vti potuiſſent; vt Ier. 33, 15 צֶמַח צְדָקָה *Germen iuſtitiae*, pro צֶמַח צַדִּיק *Germen iuſtum.*

V *Tertio*, quando bina ſubſtantiua iunguntur, quorum *prius* per *adiectiuum* exponi debet; vt 1 Cor. 1, 21 διὰ τῆς μωρίας τȣ̃ κηρύγματος *Per ſtultitiam praedicationis*: vbi ἡ μωρία τȣ̃ κηρύγματος idem eſt quod κήρυγμα μωρόν. Similiter 1 Tim. 6, 17 monet Apoſtolus diuites, ne *fiduciam ponant* ἐπὶ πλȣ́τȣ ἀδηλότητι *In diuitiarum incertitudine.* Eraſmus vertit: *in diuitiis incertis.* recte. nam ἀδηλότης πλȣ́τȣ idem eſt quod πλȣ̃τος ἄδηλος. In his ſacri ſcriptores imitantur Hebraeos, qui eodem modo loquuntur. V. c. 2 Reg. 19, 23 dicit deus: אֶכְרֹת קוֹמַת אֲרָזָיו מִבְחוֹר בְּרשָׁיו *Succidam proceritatem cedrorum eius, electionem abietum eius*, h. e. *proceras cedros et lectiſſimas abietes*; vti etiam vertit Iunius. Aliud exemplum occurrit Eccleſ. 1, 18, vbi Salomo ait: בְּרֹב חָכְמָה רָב־כָּעַס *In multitudine ſapientiae* eſt *multitudo moeroris*, h. e. *vbi eſt multum ſapientiae, ibi eſt multum moeroris.* Vid. de ſecunda hac Hebraiſmorum claſſe ca. 8, 9 et 10.

VI *Tertia* Hebraiſmorum *claſſis* eſt, quando nomina Graeca vel certo *Genere*, vel certo *Caſu*, ſunt poſita.

Primo, quando *femininum* genus vſurpatur pro *neutro*; vt Matth. 21, 42 παρὰ κυρίȣ ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔςι θαυμαςὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν *A Ioua factum eſt hoc, et tamen mirum nobis videtur*: vbi feminina αὕτη et θαυμαςὴ ponuntur pro neutris,

neutris, ſcilicet pro τȣ̃το et θαυμαςόν. Euangeliſta imitatur Pſalmiſtam, qui, ob defectum neutrius generis in lingua Hebraica, eadem per feminina expreſſerat Pſ. 118, 23: מֵאֵת יְהוָה הָיְתָה זֹּאת הִיא נִפְלָאת בְּעֵינֵינוּ *A Ioua factum eſt hoc, id mirabile eſt in oculis noſtris*, h. e. *videtur nobis*: vbi זאת, הִיא et נִפְלָאת ſunt feminina. *

VII *Secundo*, quando *Nominatiuus* initio ſententiae ponitur, quum tamen verbum ſequens poſcat *alium caſum*, vel Datiuum vel Accuſatiuum; vt Apoc. 3, 21 ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμȣ̃ ἐν τῷ θρόνῳ μȣ *Qui vicerit, ei dabo ſedere mecum in throno meo;* pro τῷ νικῶντι. Et v. 12 ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν ςύλον ἐν τῷ ναῷ τȣ̃ Θεȣ̃ μȣ *Qui vicerit, eum faciam columnam in templo dei mei;* pro τὸν νικῶντα. Haec ſapiunt Hebraeam linguam. nam ſic ſaepe loquuntur Hebraei; vt Pſ. 18, 31 הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Deus, recta eſt via eius.* Et Pſ. 9, 7 הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח *Inimicus, conſummatae ſunt deſolationes in aeternum.* In his ſubintelligi poteſt *quod attinet ad*, vt *ad deum quod attinet*, *ad inimicum quod attinet.*

Aliquando Datiuus pro Genitiuo ponitur; vt Rom. 12, 19 ἐμοὶ ἐκδίκησις: quae conſtructio ſapit

* Sic in verſione Alexandrina 1 Sam. 4, 7 eſt τοιαύτη pro τοιȣ̃το, et ibid. ca. 11, 2 ἐν ταύτῃ pro ἐν τȣ́τῳ *Hac conditione et lege.* Cur ergo cum aliis in explicando iſto Matthaei loco malimus nugas agere?

pit linguam Hebraeam, quae Deut. 32, 35 his verbis exprimitur: לִי נָקָם *Mihi eſt vltio*, h. e. *ius vlciſcendi* ſ. *vindicandi.* Vid. ca. 11 Philologiae ſacrae.

VIII *Quarta* Hebraiſmorum *claſſis* eſt, quando vocabulorum iteratio ita fit, vt ea nouam quandam vim habeat. Quod fit *primo*, quando geminatio vocabulorum ſignificat *diſtributionem in multas partes.* V. c. Marcus ait ca. 6, 39: ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ *Iuſſit eos, vt accumbere facerent omnes, diſtributis conuiuantium coetibus in viridi gramine.* Et v. 40 καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα *Et diſcubuerunt diuiſi in viridaria* ſ. *areolas centeni et quinquageni.* Haec vocabulorum geminatio denotat diſtributionem magnae iſtius quinque millium multitudinis in multos coetus minores. Ita etiam loquuntur Hebraei. V. c. Ex. 8, 10 וַיִּצְבְּרוּ אֹתָם חֳמָרִם חֳמָרִם *Et collegerunt eas* (ranas) *aceruos aceruos*, h. e. *collegerunt et diſtribuerunt eas in multos aceruos.*

VIIII *Secundo*, aliquando geminatio vocabulorum *vniuerſalem* facit *enunciationem*; vt 2 Cor. 4, 16 ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ *Renouatur die et die*, h. e. *ſingulis* ſ. *omnibus diebus.* Eraſmus vertit: *in dies ſingulos.* Vulgares Graeci dicerent καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν vel καθ᾽ ἡμέραν. Sed Paulus imitatus eſt Hebraeos, qui ita ſolent loqui; vt Pſ. 68, 20 בָּרוּךְ אֲדֹנָי יוֹם יוֹם *Laudetur deus die et die*, h. e. *quotidie, omni die*

X *Tertio*,

X *Tertio*, aliquando geminantur vocabula ad denotandam *diſtributionem in partes aequales*; vt Marc. 6, 7 δύο δύο *Duos duos*, h. e. *binos*. Chriſtus duodecim Apoſtolos diſtribuit in ſex aequales partes, et miſit binos ad ciuitates Iudaeae. Vulgares Graeci dicerent ἀνὰ δύο: quem vulgarem Graeciſmum etiam Lucas ca. 10, 1 expreſſit, quum de miſſione ſeptuaginta diſcipulorum loquitur: ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο *Miſit illos binos*. Sed placuit Marco Hebraeos imitari, qui ita ſolent loqui. V. c. Gen. 7, 2 שִׁבְעָה שִׁבְעָה *Septem ſeptem*, h. e. *ſeptenas*. Vid. plura de hac claſſe in Philologia Sacra ca. 12

SECTIO III

I *Quinta Hebraiſmorum claſſis continet* nomina redundantia, *qualia ſunt* υἱὸς, ἄνθρωπος, πρόσωπον, ϛόμα et ὄνομα.

II *Aliquando etiam nominibus redundantibus praepoſitio praeponitur, vt* ἀπὸ, πρὸ, ἐν et διά.

III *Sexta claſſis continet* bina nomina abundantia.

IIII *Septima claſſis docet, vocem* θεῷ *additam adiectiuis, denotare gradum ſuperlatiuum. Ratio eius rei additur. Hebraei etiam ſubſtantiuis nomina dei addunt ad eundem gradum exprimendum.*

V *Octaua claſſis continet modos loquendi* ἐνώπιον θεȣ̃ κ. λ.

VI *Nona claſſis comprehendit Participia paſſiua, aut adiectiua conſtructa cum Genitiuo ſine particula* ὑπό.

VII *Decima claſſis docet, praepoſitionem aliquando in conſtruendis ſubſtantiuis abundare.*

VIII *Vndecima claſſis docet, gradum ſuperlatiuum ſaepe exprimi per gradum poſitiuum vel per comparatiuum.*

VIIII *Duodecima claſſis continet ea exempla, in quibus additur locus, in quo ſubſtantiae viuunt aut degunt.*

X *Tertia decima claſſis continet adiectiua, affectiones animi denotantia, quae vocem tertii caſus* καρδίᾳ *ſibi iunctam habent.*

XI *Quarta decima claſſis continet diuerſa exempla vocum coniunctarum, quae occaſione linguae Hebraicae nouam ſignificationem receperunt.*

I

Iam ordine *quinta* Hebraiſmorum *claſſis* ſequitur deſcribenda, continens *nomina redundantia*, quae aliis nominibus vel praepoſitionibus adduntur.

1 Vox υἱὸς addita nomini ἀνθρώπȣ nihil plus denotat, quam ſola vox ἄνθρωπος. V. c. Marc. 3, 28 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων *Confirmo vobis, omnia peccata condonatum iri filiis*

homi-

hominum, h. e. τοῖς ἀνθρώποις *Hominibus*. Ita etiam loquuntur Hebraei; v. c. Gen. 11, 5 בְּנֵי אָדָם *Filii hominis*, h. e. *homines*.

2 Nonnunquam voci ἀνθρώπȣ additur vocabulum ψυχή, itidem abundans; vt Apoc. 18, 13 ψυχὰς ἀνθρώπων *Animas hominum*; h. e. *homines*. Sic etiam loquitur Ezechiel ca. 27, 13, vbi נֶפֶשׁ אָדָם *Anima* ſ. *animae hominis* denotat *hominem* ſ. *homines*.

3 Vox πρόσωπον *Facies* ſaepe abundat in N. T.; v. c. Luc. 21, 35 ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς *Super faciem totius terrae*, pro ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν *Super omnem terram*. Ita etiam loquuntur Hebraei; vt 1 Sam. 14, 25 וַיְהִי דְבַשׁ עַל־פְּנֵי הַשָּׂדֶה *Et erat mel ſuper facie agri*, h. e. *in agro*.

4 Vox ςόμα, addita voci μάχαιρα, abundat; vt Luc. 21, 24 καὶ πεσȣ̃νται ςόματι μαχαίρας *Et cadent ore* ſ. *acie gladii*, h. e. *cadent*, *peribunt gladio*. Vox ςόμα abundat more Hebraeorum; vt Deut. 13, 15 לְפִי חֶרֶב *Ore gladii*, h. e. *gladio*.

5 Vox ὄνομα, addita aliis nominibus vel pronominibus, abundat; vt 1 Ioh. 5, 13 ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιςεύȣσι εἰς τὸ ὄνομα τȣ̃ υἱȣ̃ τȣ̃ Θεȣ̃ *Haec ſcripſi vobis, qui creditis in nomen filii dei*, h. e. εἰς τὸν υἱὸν τȣ̃ Θεȣ̃ *Qui fiduciam in filio dei ponitis veſtram*. Sic Matth. 1, 25 καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ν *Et appellauit nomen eius*, h. e. *eum*, *Ieſum*. Eodem modo loquuntur Hebraei; vt Gen. 41, 51 וַיִּקְרָא יוֹסֵף אֶת־שֵׁם הַבְּכוֹר מְנַשֶּׁה *Et vocauit Ioſe-*

 phus

phus nomen primogeniti, h. e. *primogenitum*, *Menasse.*

II 1 Interdum nomina abundant, quibus praepositio praeponitur, quae sola sufficeret; vt Act. 5, 41 ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου *E conspectu Synedrii*; h. e. ἀπὸ τοῦ συνεδρίου *E synedrio*. Abundat ergo προσώπου, cui praepositio ἀπὸ erat praeposita. Sed in eo scriptores N. T. imitantur scriptores Hebraeos; v. c. 1 Paral. 11, 13 וְהָעָם נָסוּ מִפְּנֵי פְלִשְׁתִּים *Et populus fugit a facie Philistaeorum*, h. e. *a Philistaeis*.

2 Nonnunquam praepositio πρὸ praeponitur; vt Luc. 7, 27 πρὸ προσώπου σου *Ante faciem tuam*, h. e. *ante te*: vbi προσώπου abundat. Sed hoc etiam fit more Hebraeorum; vt Mal. 3, 1 לְפָנָי *Ante faciem meam*, h. e. *ante me*.

3 Etiam vox χεὶρ, addita praepositionibus ἐν et διὰ, denotantibus caussam efficientem, abundat, quum hae solae sufficerent; vt Act. 7, 35 ἐν χειρὶ ἀγγέλου *Per manum angeli*, h. e. *per angelum*. Ibid. v. 25 διὰ χειρὸς αὐτοῦ *Per manum ipsius*, h. e. δι' αὐτοῦ *Per ipsum* s. *opera ipsius*. Eodem modo loquuntur Hebraei; vt Ex. 9, 35 בְּיַד־מֹשֶׁה *Per manum Mosis*, h. e. *per Mosen*. Etiam 2 Chron. 29, 27 simile exemplum occurrit. Vid. de his vberius ca. 13 et 14.

III *Sexta* Hebraismorum *classis* iam sequitur, quae fit, quando *bina nomina abundantia* alii nomini adduntur; vt Matth. 21, 5 ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου *Sedens in asino et pullo filio asinae*, h. e. *pullo asinino*. Per τὸν πῶλον

Pullum

Pullum intellegitur υἱὸς ὑποζυγίȣ, adeo vt non opus fuiſſet addere υἱὸν ὑποζυγίȣ. Sed hae duae voces abundant more Hebraeorum, qui eodem modo ſolent loqui. Matthaeus hunc textum allegauit ex Zachar. ca. 9, 9 רֹכֵב עַל־חֲמוֹר וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת *Vehens aſino et pullo filio aſinarum*, h. e. *aſinino*. Nomen עַיִר iam ſignificat talem pullum: quod ſufficeret ad probandum, fuiſſe pullum aſininum. Sed praeterea, ad pleonaſmum exprimendum, adduntur duo vocabula בֶּן־אֲתֹנוֹת *Filius aſinarum*, h. e. *aſinae*: per enallagen numeri pluralis pro ſingulari. Vid. ca. 15.

IIII *Septima* Hebraiſmorum *claſſis* eſt, quando Adiectiuum aliquod habet adiunctum τῷ Θεῷ, ad denotandum gradum ſuperlatiuum; vt Act. 7, 20 καὶ ἦν ἀςεῖος τῷ Θεῷ *Et erat venuſtus deo*, h. e. *venuſtiſſimus*. Hoc fit more Hebraeorum, qui, quando ſuperlatiuum indicare volunt, ſaepe Poſitiuis addere ſolent לֵאלֹהִים vel לַאדֹנָי. V. c. Ion. 3, 3 נִינְוֵה הָיְתָה עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *Niniue erat vrbs magna deo*, h. e. *maxima*. Et Ieſ. 28, 2 הִנֵּה חָזָק וְאַמִּץ לַאדֹנָי *Ecce robuſta et valida deo*, h. e. *valde robuſta et valida*. Quare per additionem nominis *dei* magna et eximia denotantur? *Reſp.* quia, quae deus in ſe habet, nonniſi magna et eximia ſunt, magna videlicet potentia, magna ſapientia, magna miſericordia, magna iuſtitia &c.

Hebraei praeterea ſubſtantiuis addere ſolent nomina dei ad eundem gradum exprimendum; v. c. Pſ. 80, 11 אַרְזֵי־אֵל *Cedri dei*, h. e. *cedri altiſſimae*. Pſ. 36, 7 צִדְקָתְךָ כְּהַרְרֵי־אֵל *Iuſtitia tua vt mon-*

tes dei, h. e. *vt montes altissimi*. Vid. ca. 16 Philologiae Sacrae.

V *Octaua* Hebraismorum *classis* est, quando adiectiuis nonnullis adduntur vel ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃, vel ἐναντίον Θεȣ̃ *Coram deo*, vel ἐνώπιον κυρίȣ *Coram Ioua*, h. e. esse quempiam reuera talem, qualis esse dicitur. V. c. Luc. 1, 6 Zacharias et Elisabeth dicuntur fuisse δίκαιοι ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃ *Pii coram deo*, h. e. *vere pii in deum*. Act. 8, 21 de Simone mago dicit Petrus: ἡ καρδία σȣ ȣ̓κ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃ *Animus tuus non est rectus coram deo*, h. e. *reuera non est rectus s. integer*. Sed sacri scriptores N. T. in his imitati sunt Hebraeos. nam illi sic loquuti sunt in V. T.; v. c. Gen. 7, 1 deus dicit Noacho, כִּי־אֹתְךָ רָאִיתִי צַדִּיק לְפָנַי *Nam te vidi iustum coram me*, h. e. *vere pium*. Similiter 1 Sam. 2, 17 וַתְּהִי חַטַּאת הַנְּעָרִים גְּדוֹלָה מְאֹד אֶת־פְּנֵי יְהוָה׃ *Eratque peccatum filiorum Eli valde magnum coram Ioua*, h. e. *reuera et manifeste fuit tale*.

VI *Nona* Hebraismorum *classis* est, quando *Participiis Passiuis* aut *adiectiuis*, quae Participiis affinia sunt, adduntur Genitiui, non interveniente particula ὑπὸ, quae apud vulgares Graecos addi solet; vt Matth. 25, 34 δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τȣ̃ πατρός μȣ *Venite vos, quos manet summa felicitas a patre meo*; pro ὑπὸ τȣ̃ πατρός μȣ. prout alii Graeci dicunt, et propterea in N. T. more vulgarium Graecorum dicitur Marc. 1, 13 πειραζόμενος ὑπὸ τȣ̃ Σατανᾶ *Tentatus a Satana*.

Exemplum

Exemplum adiectiui, recipientis Genitiuum non interueniente praepositione, occurrit Matth. 11, 11 ἐν γεννητοῖς γυναικῶν *Inter natos mulieribus*, h. e. ὑπὸ γυναικῶν *E mulieribus*; vti habet Erasmus. Ita etiam loquuntur Hebraei; v. c. Ps. 22, 7 בְּזוּי עָם *Contemtus populi*, h. e. *a populo*. Simile huic exemplum occurrit Ies. 53, 4 מֻכֵּה אֱלֹהִים *Percussum dei*, h. e. *percussum a deo*. Vid. ca. 18.

VII *Decima* Hebraismorum *classis*, superiori contraria, est, quando *praepositio* in construendis substantiuis cum adiectiuis abundat; vt Matth. 27, 24 Pilatus dicit: ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τȣ͂ αἵματος τȣ͂ δικαίȣ τȣ́τȣ *Insons ego sum sanguinis huius iusti*. Hic abundat praepositio ἀπό, nam vulgaris Graecus diceret, ἀθῶος τȣ͂ αἵματος. Aliud exemplum extat Act. 20, 26 ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τȣ͂ αἵματος πάντων *Me esse insontem sanguinis omnium*. Etiam hunc morem loquendi imitantur interpretes Graeci; vt Gen. 24, 8. 2 Sam. 3, 28 &c. Sed non mirum. nam et illi saepe, immo fere semper, in versione sua Hebraismos expresserunt. In hoc igitur et scriptores N. T. morem Hebraeorum obseruant; v. c. 2 Sam. 3, 28 Dauides ait: נָקִי אָנֹכִי מִדְּמֵי אַבְנֵר *Insons sum sanguinis*, h. e. *caedis*, *Abneri*. Vid. ca. 19.

VIII Subsequitur iam *vndecima* Hebraismorum *classis*, quae Hebraeos imitatur, quando *positiuus* gradus adhibetur pro gradu *superlatiuo*. Hebraei eadem voce exprimunt tres gradus comparationis. Graeci vero diuersitate terminationum vtuntur; vt

σοφὸς Sapiens, *σοφώτερος Sapientior*; *σοφώτατος Sapientissimus*. Verum scriptores N. T. saepe non Graecos; sed Hebraeos, sunt imitati. V. c. gradus positiuus adhibetur pro superlatiuo Matth. 22, 36 *ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; Quodnam praeceptum magnum*, h. e. *maximum*, *est in lege?* Potuisset scriptor sacer dicere: *ποία ἐντολὴ μεγίστη*; Similiter Hebr. 10, 21 *ἱερέα μέγαν Sacerdotem magnum*, h. e. *summum et maximum*. Immo ca. 4, 14 voci *ἀρχιερεὺς* additur *μέγας* ad Pontificem summum significandum, quum vox *ἀρχιερεὺς* sola sufficeret. Vid. et ibid. ca. 13, 20. Similiter Matth. 5, 19 *οὗτος μέγας κληθήσεται Hic magnus*, h. e. *maximus*, *erit*. Quod *μέγας* hic sumatur pro *μέγιστος*, apparet ex eodem versu, vbi *τῷ μέγας ἐλάχιστος* opponitur. Sed placuit scriptori sacro addere gradum positiuum. Denique Matth. 20, 26 idem Hebraismus exprimitur, vbi *μέγας* est *maximus*. Matthaeus gradum positiuum pro superlatiuo interdum etiam exprimit gradu comparatiuo; vt ca. 23, 11 *ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν διάκονος Qui vero est maior*, h. e. *maximus*, *vestrum*, *erit vester minister*. Similiter ibid. ca. 13, 32 *μικρότερον* et *μεῖζον* ponuntur pro *μικρότατον Minimum* et *μέγιστον Maximum*.

Quod hic modus loquendi sapiat Hebraismum, fit inde satis manifestum, quia Hebraei fere vtuntur gradu positiuo pro superlatiuo. V. c. 2 Par. 21, 17 קְטוֹן בָּנָיו *Paruus filiorum eius*, h. e. *natu minimus*. Prou. 30, 24 אַרְבָּעָה הֵם קְטַנֵּי־אָרֶץ *Quatuor sunt parua*, h. e. *minima*, *terrae*. Interdum

dum Hebraei addunt praepositionem, quando gradum superlatiuum per positiuum exprimere volunt; v. c. Ier. 49, 15 קָטֹן בַּגּוֹיִם *Paruus in gentibus*, h. e. *minimus inter gentes*. Prou. 30, 30 גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *Robustus in bestiis*, h. e. *bestiarum robustissimus*. Eundem morem loquendi imitantur nonnunquam scriptores N. T.; vt Luc. 1, 42 εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ *Felix tu in mulieribus*, h. e. *felicissima mulierum*. Vid. Philologiae Sacrae ca. 20.

VIIII *Duodecima classis* Hebraismorum continet ea exempla, in quibus additur *locus* siue *spatium*, in quo substantiae viuunt aut existunt, scilicet *caelum*, *terra*, *ager*, *mare* &c. V. c. nomen *caeli* additur Matth. 6, 26 ἐμβλέψατε ἐις τὰ πετεινὰ τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂ *Intuemini aues caeli*. Similiter Luc. 8, 5 et ca. 9, 58 &c. Matth. 24, 30 ἐπὶ τῶν νεφελῶν τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂ *In nubibus caeli*. Vulgares Graeci non solent in talibus loquutionibus addere locum, in quo animalia degunt. Sed scriptores N. T. in his imitantur Hebraeos; vt Ps. 8, 9 צִפּוֹר שָׁמַיִם *Aues caeli*. Ies. 13, 10 כּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם *Stellae caeli*. Sic עָבֵי שְׁחָקִים *Nubes aetheris*, 2 Sam. 22, 12.

Etiam vox τῆς γῆς *Terrae*, et τȣ͂ ἀγρȣ͂ *Agri*, additur more Hebraico; vt Act. 10, 12 et ca. 11, 6 τὰ τετράποδα τῆς γῆς *Quadrupedes terrae*. Matth. 17, 25 ὁι βασιλεῖς τῆς γῆς *Reges terrae*. add. Apoc. 18, 3. Sic Matth. 6, 28 καταμάθετε τὰ κρίνα τȣ͂ ἀγρȣ͂ *Contemplamini lilia agri*. Ita etiam

 faciunt

faciunt Hebraei; vt Deut. 28, 26 בֶּהֱמַת הָאָרֶץ *Bestiae terrae.* Gen. 1, 25 רֶמֶשׂ הָאֲדָמָה *Reptilia terrae.* Pſ. 8, 8 בַּהֲמוֹת שָׂדָי *Beſtiae agri.* Item Pſ. 103, 115 צִיץ הַשָּׂדֶה *Flos agri.*

Graeci interpretes V. T. more Hebraeorum etiam ſaepe addere ſolent vocem τῆς θαλάσσης *Maris.* nam et illa verſio plurimos Hebraiſmos continet. V. c. locus Gen. 1, 26 וְיִרְדּוּ בִדְגַת הַיָּם vertitur a Graecis interpretibus per καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης. Vulgares Graeci ſcriptores ſimpliciter dicunt ἰχθύες *Piſces*, τὰ πετεινὰ *Volucres* &c., omiſſis vocibus *caeli*, *terrae*, *maris* &c. Vid. ca. 21.

X *Tertia decima claſſis* Hebraiſmorum continet *nomina adiectiua*, affectiones animi denotantia, quae vocem tertii caſus καρδίᾳ ſibi iunctam habent. V. c. Matth. 11, 29 ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ *Humilis animo*, h. e. *demiſſus.* Luc. 24, 25 βραδεῖς τῇ καρδίᾳ *Tardi mente.* Matth. 5, 8 οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ *Puri animo.* Haec ſapiunt Hebraiſmum. nam vulgares Graeci vtuntur vocibus ex καρδία compoſitis, quando ſimili affectione animi praeditos denotare volunt: ſed ſcriptores N. T. vocibus ſimplicibus promiſcue hic vtuntur. V. c. pro ὀξὺς τῇ καρδίᾳ dicunt vulgares Graeci ὀξυκάρδιος, et pro ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ dicunt ταπεινοκάρδιος. Scriptores N. T. in his expreſſerunt Hebraiſmum. nam Hebraei etiam vocibus ſimplicibus tum vtuntur. V. c. Pſ. 24, 4 בַּר־לֵבָב *Purus animo:* quod interpretes Graeci etiam verterunt per καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. Graeci

vulga-

vulgares dicerent καθαροκάρδιος. Sic Pſ. 11, 2 יִשְׁרֵי-לֵב *Recti animo*, h. e. *probi*. 2 Par. 29, 31 נְדִיב לֵב *Spontaneus animo*, h. e. πρόθυμος. Ez. 3, 7 קְשֵׁי-לֵב *Duri animo*, h. e. *contumaces*. Vid. ca. 22.

XI *Quarta decima claſſis* Hebraiſmorum eſt, quando *plures voces Graecae coniunctae diuerſam*, praeter vulgarem, *habent ſignificationem*, quia voces Hebraicae eam habent. In claſſe prima multae voces Graecae ſingulae ſunt enumeratae, quae, occaſione vocum Hebraicarum, diuerſam receperunt ſignificationem. V. c. ῥῆμα *Verbum* ſignificat etiam *rem*, quia vox Hebraica דָּבָר vtrumque denotat. Iam deinceps diuerſa exempla talium vocum coniunctarum examinabimus, eaque ad hanc claſſem referemus.

1 V. c. Act. 7, 42 dicitur: καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ *Et tradidit eos, vt colerent exercitum caeli*, h. e. *ſidera* ſ. *aſtra*. Στρατιὰ proprie ſignificat *militiam, exercitum*. Sed in N. T. στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ refertur tum ad multitudinem *ſtellarum* et *ſiderum*, vt Act. d. l.; tum etiam ad multitudinem *angelorum*, vt Luc. 2, 13 καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου *Statim vero erat cum angelo magna angelorum multitudo*. Rogabit forte aliquis: quare per voces στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ haec denotantur? Reſpondeo: quia voces Hebraicae tales habent ſignificatio-

nes. V. c. 2 Paral. 33, 5 dicitur de Menasse וַיִּבֶן מִזְבְּחוֹת לְכָל־צְבָא הַשָּׁמָיִם *Et posuit altaria toti exercitui caeli*, h. e. *astris*. Item Ier. 33, 22 אֲשֶׁר לֹא־יִסָּפֵר צְבָא הַשָּׁמַיִם *Vti non potest numerari exercitus caeli*, h. e. *vti non possunt numerari stellae*. Sed 1 Reg. 22, 19 eadem formula sumitur pro *Angelis*, quum dicitur: וְכָל־צְבָא הַשָּׁמַיִם עֹמֵד עָלָיו *Et omnis exercitus caeli adstabat ei*, h. e. *angeli aderant ei*.

2 Scriptores N. T. terras longinquas et procul remotas, etiamsi non terminentur aquis, vocant πέρατα τῆς γῆς, vel πέρατα τῆς οἰκουμένης. V. c. Matth. 12, 42 ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς *E terris longinquis*. Rom. 10, 18 εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης *In terras longinquas* s. *vltimas*. Graeci vulgares vocant quidem fines terrae πέρατα τῆς γῆς, quando alluuntur et terminantur aquis, sed non simpliciter terras longinquas ita appellant. * Verum scriptores N. T. in his imitantur

* At haec non recte videntur tradi, neque omnino vera esse. Certe apud Xenophontem Agesil. VIIII. 4 formula ἀπὸ περάτων τῆς γῆς nil nisi *e longinquis terris* significat. Dicit enim ibi Xenophon, Agesilaum sibi placuisse laudique solitum ducere etiam hoc, quod ipse in mediis quasi voluptatibus viueret, quum rex Persarum si libenter et iucunde coenare vellet, cibum potumque ex vltimis et longinquis terris petere cogeretur. cf. §. 3. Caeterum non negamus, scriptores N. T. Hebraeos imitatos esse. Caussa ex iis, quae in Praefatione dicta sunt, patet.

tur Hebraeos. V. c. Pſ. 48, 11 עַל־קַצְוֵי־אֶרֶץ *In terris longinquis.* Ier. 16, 19 אֵלֶיךָ גּוֹיִם יָבֹאוּ מֵאַפְסֵי־אֶרֶץ *Ad te venient gentes e terris vltimis* ſ. *longinquis.* Pſ. 19, 5 בִּקְצֵה תֵבֵל *In terras vltimas.*

3 Scriptores N. T. totum *orbem terrarum* vocant ἀπ' ἄκρων ȣ̓ρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν *Ab extremis caeli vſque ad extrema eius*, Matth. 24, 31. Item ἀπ' ἄκρȣ γῆς ἕως ἄκρȣ ȣ̓ρανȣ̃ *Ab extremitate terrae vſque ad extremitatem caeli*, Marc. 13, 27. Sic etiam Hebraei *totum orbem* appellant; vt Deut. 4, 32 וּלְמִקְצֵה הַשָּׁמַיִם וְעַד־קְצֵה הַשָּׁמָיִם *Et ab extremitate caeli vſque ad extremitatem caeli*, h. e. *per vniuerſum terrarum orbem.* Deut. 28, 64 וֶהֱפִיצְךָ יְהוָֹה בְּכָל־הָעַמִּים מִקְצֵה הָאָרֶץ וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ *Nam diſperget te Ioua in omnes populos ab extremitate terrae vſque ad extremitatem terrae*, h. e. *per totum orbem.* Poſterior tamen loquutio nonnunquam tantum certam regionem aliquam ſ. partem terrae ſignificat; vt Ier. 12, 12 כִּי חֶרֶב לַיהוָֹה אֹכְלָה מִקְצֵה־אֶרֶץ וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ *Nam gladius Iouae deuorat ab extremitate terrae vſque ad extremitatem terrae*, h. e. *deuorat certam terrae partem.*

4 Ad hanc claſſem etiam refertur, quod Lucas ca. 11, 32 dixit ἄνδρες Νινευῒ *Viri Niniue*, h. e. Νινευῖται. prout vulgares Graeci dicunt. Sed ſcriptores N. T. imitantur morem loquendi Hebraeorum; vt Gen. 19, 4 אַנְשֵׁי סְדֹם *Viri Sodomorum*, h. e. *Sodomitae.* Ioſ. 10, 6 אַנְשֵׁי גִבְעוֹן *Viri Gibeon*, h. e. *Gibeonitae.* Hunc Hebraiſmum

etiam

etiam exprimunt interpretes Graeci V. T. Ion. 3, 5 οἱ ἄνδρες Νινευὶ *Niniuitae*.

5 Similiter, quod Matthaeus ca 14, 35 ait: *καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου Et quum agnouissent eum viri*, h. e. *ciues* s. *incolae, loci illius*. Sic enim legitur Gen. 38, 22 אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם *Incolae illius loci*.

6 *Filii* vocantur Luc. 1, 42 *καρπὸς τῆς κοιλίας Fructus vteri*; et Act. 2, 30 *καρπὸς τῆς ὀσφύος Fructus lumbi*. Sic loquitur Psalmista Ps. 132, 11 מִפְּרִי בִטְנְךָ *Ex fructu ventris tui*, h. e. *ex filiis atque posteris tuis*.

7 *Sermo* vocatur Hebr. 13, 15 *καρπὸς χειλέων Fructus labiorum*, more Hebraeorum; vt Prou. 18, 20 מִפְּרִי פִי־אִישׁ תִּשְׂבַּע בִּטְנוֹ תְּבוּאַת שְׂפָתָיו יִשְׂבָּע׃ *Fructu oris cuiusque satiatur venter eius, prouentu labiorum suorum quisque satiatur*.

8 *Vinum* appellatur *γέννημα τῆς ἀμπέλου Fructus vitis*, Matth. 26, 29. nam hic *γέννημα* idem denotat, quod *καρπός*. Hebraei passim *vinum* ita vocant, vti apparet vel ex illis precibus, quas solent recitare ante, quam vinum bibunt: בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָֹה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בּוֹרֵא פְּרִי הַגֶּפֶן *Laudatus tu Ioua, deus noster, rex mundi, qui creas fructum vitis*, h. e. *vinum*. Vid. ca. 28.

SECT.

SECTIO IIII

I Classis Hebraismorum quinta decima continet peculiares significationes vocum υἱοῦ filii et θυγατέρος filiae, quas vulgares Graeci ignorant.

II Sexta decima classis docet, quomodo enunciationes affirmantes et negantes in N. T. more Hebraeorum exprimantur.

III Septima decima classis continet Enallagen Pronominum.

IIII Duodeuigesima classis complectitur Pronomina more Hebraeorum redundantia.

V Vndeuigesima classis, superiori contraria, continet Elipsin Pronominum.

VI Vigesima classis continet Pronomina transposita.

VII Vigesima prima classis docet, in N. T. verba Actiua personae tertiae numeri pluralis vsurpari pro Passiuis.

VIII Vigesima secunda classis continet verba finita cum copula καὶ, posita pro infinitiuis.

VIIII Ad vigesimam tertiam classem referuntur verba Infinita, habentia secum praepositionem ἐν et accusatiuum nominis, posita pro verbis finitis aut pro Participiis.

X Vigesima quarta classis docet, Pleonasmos verborum in N. T. esse vsitatos.

XI Vigesima quinta classis continet verba, quae Participia aut nomina eiusdem originis addita habent.

XII Vigesima sexta classis continet verba, quibus nomina eiusdem originis casu quarto addita sunt, quae adiectiua sibi iuncta habent.

I

Iam *quinta decima* Hebraismorum *classis* sequitur explicanda, continens eas formulas, in quibus vox *υἱὸς Filius* additur; quod fit variis modis.

1 Saepe vox *υἱὸς*, aliud nomen sibi iunctum habens, denotat subiectum certa quadam affectione praeditum, et vicem praestat nominis cuiusdam adiectiui. V. c. Eph. 2, 2 voces *οἱ υἱοὶ τῆς ἀπειθείας Filii incredulitatis* vel *contumaciae*, denotant *incredulos* vel *contumaces*. Vid. etiam ibid.

ibid. ca. 5, 6. Alibi enim vocantur tales vno verbo ἀπειθȣ̃ντες, Rom. 15, 31: vel ἀπειθεῖς, Tit. 1, 16. Similis Hebraiſmus occurrit Marc. 3, 17 υἱοὶ βροντῆς *Filii tonitru*, pro οἱ βροντῶντες *Tonantes*. Similiter Luc. 20, 36 τῆς ἀναςάσεως υἱοὶ ὄντες *Quum ſint filii reſurrectionis*, pro οἱ ἀναςάντες *Qui reſurrexerunt*. Luc. 16, 8 et 1 Theſſ. 5, 5 υἱοὶ φωτὸς *Filii lucis*, pro οἱ πεφωτισμένοι *Illuminati*.

Scriptores N. T. quando ſic loquuntur, imitantur Hebraeos. Illi enim, quum *affectione quadam praeditum* denotare volunt, vocabulum בֵּן, quod *filium* ſignificat, addere ſolent. V. c. Hoſ. 10, 9 בְּנֵי עַלְוָה *Filii iniquitatis* vel *prauitatis* denotant *iniquos* vel *prauos*. Et Deut. 13, 14 בְּנֵי בְלִיַּעַל *Filii nequitiae* ſignificant *homines nequam*, *improbos*. Etiam 1 Reg. 1, 52 per בֶּן־חַיִל *Filium virtutis* denotatur *bonus*. Quando de femina eſt ſermo; tum additur בַּת *Filia*; vt 1 Sam. 1, 16 בַּת־בְּלִיַּעַל *Filia improbitatis*, h. e. *improba*.

2 Deinde nomen υἱὸς aliis additum interdum idem denotat quod ἄξιος *Dignus*. V. c. Luc. 10, 6 ὁ υἱὸς εἰρήνης *Filius pacis*, h. e. *pace* vel *ſalute* ſ. *felicitate quauis dignus*. Matthaeus ca. 10, 13 pro verbis illis habet: καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία *Et ſi quidem fuerit domus digna*, intell. *pace* vel *felicitate*. Contra ea idem ca. 23, 15 imitatur Lucam, quum ait: ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης *Facitis illum filium gehennae*, h. e. *gehenna dignum*.

Quod

Quod υἱὸς in N. T. idem denotat quod ἄξιος, hoc fit imitatione Hebraeorum. nam hi ſaepe tali ſenſu vtuntur voce בֵּן. V. c. 2 Sam. 12, 5 חַי־יְהוָה כִּי בֶן־מָוֶת הָאִישׁ הָעֹשֶׂה זֹאת *Per Iouam, qui iſtud fecit, is eſt filius mortis*, h. e. *morte dignus* vel *morti obnoxius*; vti Pagninus vertit. Similiter Deut. 25, 2 בִּן הַכּוֹת *Filius percuſſionis* vocatur ille, qui eſt *dignus percuſſione et plagis*.

3 *Incolae* alicuius loci vocantur eius *filii*. Sic *incolae huius mundi* nominantur Luc. 20, 34 υἱοὶ τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ *Filii huius mundi*. Similiter Matth. 23, 37 *incolae* vocantur τέκνα.

Hoc etiam fit more Hebraeorum. nam hi *incolas* vocant בָּנִים *Filios*. V. c. Eſras ca. 2, 1 vocat *incolas prouinciae* בְּנֵי הַמְּדִינָה. Sic etiam Dauid. Pſ. 149, 2 *incolas Sionis* vocat בְּנֵי צִיּוֹן

4 *Vrbis incola*, marem et feminam comprehendens, vocatur θυγάτηρ *Filia*. V. c. Matth. 21, 5 εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν *Dicite filiae Sionis*, h. e. *incolis Hieroſolymorum*. Sic. Ioh. 12, 15 μὴ φοβȣ͂, θύγατερ Σιὼν *Noli timere, filia Sionis*, h. e. *nolite timere, bono animo ſitis, incolae Hieroſolymorum*.

Hoc itidem fit more Hebraeorum. nam illi ſolent talem incolam vocare בַּת *filiam*. V. c. Ieſ. 62, 11 אִמְרוּ לְבַת־צִיּוֹן *Dicite Filiae Sionis*, h. e. *vrbis Hieroſolymitanae incolis*. Et Zach. 9, 9 גִּילִי מְאֹד בַּת־צִיּוֹן הָרִיעִי בַּת־יְרוּשָׁלַםִ *Exultate gaudio, et triumphate, incolae Hieroſolymorum*. Sion et Hieroſolyma ſunt nomina locorum. Per בַּת in his locis non tantum intelleguntur feminae

nae habitatrices, ſed etiam mares habitatores.

In Singulari θυγάτηρ et בַּת denotant quidem incolam vtriuſque ſexus, ſed in Plurali per θυγατέρας et בָּנוֹת tantum *feminae* intelleguntur; vt Luc. 23, 28 θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ *Filiae Hieroſolymorum*; et Cant. Cantic. 1, 5 בְּנוֹת יְרוּשָׁלָֽם *Filiae Hieroſolymorum* denotant *feminas*.

5 *Poſteri* alicuius vocantur υἱοὶ *Filii*. V. c. *poſteri Iacobi* vocantur υἱοὶ Ἰσραήλ, Act. 5, 21 et ca. 7, 23. *Poſteri Leui* vocantur υἱοὶ Λευΐ, Hebr. 7, 5. A Graecis tales poſteri ſimpliciter nominantur Ἰσραηλῖται et Λευῖται.

Dices: Vulgares Graeci poſſunt vocare Ioſephum et Beniaminem υἱοὺς Ἰακὼβ *Filios Iacobi*.

Reſpondeo: Ipſi filii, vt Ioſephus et Beniamin, poſſunt vocari υἱοὶ *Filii*, ſed omnes poſteri, qui longo interuallo a Iacobo abſunt, a vulgaribus Graecis non ſolent appellari υἱοί.

Scriptores N. T., quando *poſteros* vocant υἱοὺς, imitantur Hebraeos. V. c. Deut. 1, 3 דִּבֶּר מֹשֶׁה אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Dixit Moſes* ſ. *retulit ad filios Iſraëlis*, h. e. *ad eius poſteros, qui eo tempore viuerent*.

6 *Feminae* reſpectu *maiorum* vocantur θυγατέρες *Filiae*. V. c. Luc. 1, 5 ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν *Vxor eius erat ex filiabus Aharonis*, h. e. *e gente* ſ. *de poſteris Aharonis*. nam illa nata fuit multis ſaeculis poſt Aharonem. add. ibid. ca. 13, 16, vbi talis femina etiam

etiam θυγάτηρ Ἀβραάμ *Filia Abrahami*, h. e. *vna ex Abrahami posteris*, appellatur. In eo scriptores N. T. imitantur Hebraeos, qui tales feminas, multis saeculis post natas, vocant בָּנוֹת *Filias*. Vid. de his ca. 24 Philologiae Sacrae.

II *Sexta decima* Hebraismorum *classis* continet enunciationes vniuersales, affirmantes vel negantes, quibus aliae voces, vniuersalitatem denotantes, adduntur, quae commode abesse possint.

1 Enunciationes tales *affirmantes* inueniuntur variis in locis. V. c. Act. 8, 10 πάντες ἀπὸ μικρȣ̃ ἕως μεγάλȣ *Omnes a minimo vsque ad maximum*, h. e. *ad vnum omnes*. Similiter Hebr. 8, 11 ὅτι πάντες εἰδήσȣσί με ἀπὸ μικρȣ̃ αὐτῶν ἕως μεγάλȣ αὐτῶν *Nam omnes cognoscent me, a minimo eorum vsque ad maximum eorum*, h. e. *omnino omnes*. Sed hoc fit more Hebraeorum, qui similes voces addere solent. Posterior locus desumtus est ex Ier. 31, 34 כִּי כוּלָּם יֵדְעוּ אוֹתִי לְמִקְּטַנָּם וְעַד־גְּדוֹלָם *Nam omnes illi cognoscent me a minimo ipsorum vsque ad maximum ipsorum*. Hic additur Pronomen affixum. Sed tale Pronomen nonnunquam neglegitur, vti in priori exemplo; quod itidem fit more Hebraeorum. V. c. Esth. 1, 20 וְכָל־הַנָּשִׁים יִתְּנוּ יְקָר לְבַעְלֵיהֶן לְמִגָּדוֹל וְעַד־קָטָן׃ *Et omnes vxores honorabunt maritos suos a maximo ad minimum*.

2 Vniuersalitas etiam exprimitur geminatione alicuius vocis. V. c. 2 Cor. 4, 16 ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ *Die et die*, h. e. *singulis diebus*, *quotidie*. Vulgares Graeci dicerent καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Sed Apostolus voluit imitari Hebraeos, qui tali modo saepe loquuntur; v. c. Esth. 3, 4 יוֹם וָיוֹם *Die et die*, h. e. *quotidie*.

3 Scriptores N. T. enunciationes vniuersales *negantes*, quas vulgares Graeci formant per ἐδεὶς, μηδεὶς, exprimunt alio modo. V. c. pro ἐδεὶς dicunt εἷς ἐ *Vnus non*; vt pro ἰῶτα ἐδὲν habetur Matth. 5, 18 ἰῶτα ἓν — ἐ μὴ παρέλϑῃ *Iota vnum* — *non*, h. e. *nullum, periturum esse*. Eodem modo loquuntur Hebraei. V. c. Ies. 34, 16 אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נֶעְדָּרָה *Vnum ex illis non desideratum est*, h. e. *nullum eorum*.

4 Scriptores N. T. etiam vniuersaliter negant, quando dicunt ἐκ ἔςιν ἕως ἑνὸς h. e. *nullus*, vt Rom. 3, 12. Hoc fit imitatione Hebraeorum, qui eodem modo vniuersaliter negant. V. c. Ex. 14, 28 לֹא־נִשְׁאַר בָּהֶם עַד־אֶחָד׃ *Non remansit ex illis ad vnum*, h. e. *nullus remansit*. Vulgares Graeci, dicentes εἰς ἕνα *Ad vnum*, non negant vniuersaliter, sed affirmant, vti etiam Latini, quando dicunt, *Omnes ad vnum*; vt et nonnunquam Hebraei. V. c. 2 Sam. 19, 15 וַיֵּט אֶת־לְבַב כָּל־אִישׁ־יְהוּדָה כְּאִישׁ אֶחָד *Atque flexit animum omnium Iudaeorum, vt viri vnius*, h. e. *ad vnum omnium*.

5 Matthaeus talem enunciationem negantem alia etiam forma proponit, scilicet ca. 15, 23 Ὁ δὲ ἐκ ἀπεκρίϑη λόγον αὐτῇ *Ipse vero non respondit ei verbum*, intell. ἓν *Vnum*; pro quo Graeci vulgo dicerent: ὁ δὲ ἐκ ἀπεκρίϑη αὐτῇ ἐδὲν *Ipse vero respondit ei nihil*. Sed hoc iterum fit

fit Hebraeorum more. V. c. 1 Reg. 18, 21 dicitur: וְלֹא עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר׃ *Neque respondit populus ei verbum*, intell. אֶחָד *Vnum*, h. e. *nihil ei respondit.*

6 Occurrit praeterea alia forma, vsitatissima in N. T., exprimens enunciationes vniversales negantes per additionem vocis πᾶς, πᾶσα, πᾶν *Omnis*, *e.* V. c. Luc. 1, 37 legitur: οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα *Non est impossibilis apud deum omnis res*; pro quo Graeci dicerent: οὐκ ἀδυνατήσει οὐδὲν, h. e. *nihil est, quod deus facere non possit.* Sic Matth. 24, 22 οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ *Non seruaretur omnis caro*, h. e. *homo*; pro οὐδεὶς *Nemo.* Ita loquuntur etiam Hebraei; v. c. Ps. 143, 2 כִּי לֹא־יִצְדַּק לְפָנֶיךָ כָל־חָי׃ *Nam non erit iustus coram te omnis viuens*, h. e. *nemo.* Et *Ios.* 11, 11 לֹא נוֹתַר כָּל־נְשָׁמָה *Non remansit omnis anima*, h. e. *nulla anima.*

7 Etiam tales enunciationes vniuersales, casu obliquo negantes, secundum linguam Hebraeam formatae, inueniuntur in N. T. V. c. Apoc. 9, 4 ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον *Ne laederent gramen terrae, neque omne viride, neque omnem arborem*, h. e. οὐδὲν χλωρὸν *Nullum viride*, οὐδὲν δένδρον *Nullam arborem.* Hoc fit imitatione Hebraeorum; v. c. Dan. 11, 37 עַל־כָּל־אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין *Ad omnem deum non attendet*, h. e. *ad nullum.* Vid. ca. 25

III *Septima decima* Hebraiſmorum *claſſis* continet Pronominum enallagen.

1 Quando ſermo fit ad perſonam ſecundam, tum nonnunquam in N. T., more Hebraico, ſubiicitur pronomen perſonae tertiae. V. c. Matth. 23, 37 Ἱερȣσαλὴμ, Ἱερȣσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνασα τȣ̀ς προφήτας καὶ λιθοβολȣ̃σα τȣ̀ς ἀπεςαλμένȣς πρὸς αὐτὴν *Hieroſolyma, Hieroſolyma, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad ipſam,* h. e. *ad te, miſſi ſunt.* Scriptores N. T. imitantur Hebraeos, qui tali modo ſaepe etiam loquuntur; v. c. Ieſ. 47, 8 שִׁמְעִי־זֹאת עֲדִינָה הַיּוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח הָאֹמְרָה בִּלְבָבָהּ *Audi hoc, voluptaria, deſidens ſecure, cogitans ſecum,* h. e. *quae cogitas tecum,* בִּלְבָבֵךְ

2 Pro Pronomine relatiuo occurrit nonnunquam in N. T. Pronomen demonſtratiuum, praecedente καὶ, vocula copulatiua. V. c. Luc. 6, 6 καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτȣ̃ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρὰ *Atque erat ibi homo* ſ. *quidam, et manus eius dextra erat arida,* pro ȣ̃ ἡ χεὶρ *Cuius manus* &c. Ita loquuntur etiam Hebraei; v. c. Eſth. 2, 5 אִישׁ יְהוּדִי הָיָה — וּשְׁמוֹ מָרְדֳּכַי *Erat Iudaeus quidam, et nomen eius Mordechai,* pro *cuius nomen erat Mordechai.* Vid. de his vberius ca. 26 Philologiae Sacrae.

IIII *Duodeuigeſima* Hebraiſmorum *claſſis* complectitur Pronomina, quae more Hebraeorum redundant.

1 Pro-

1 Pronomen interdum abundat poſt aliud Pronomen relatiuum. V. c. Act. 15, 17 καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' ὃς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτὸς *Et omnes gentes, ſuper quas vocatum eſt nomen meum ſuper illas*, h. e. *quae nomina meae doctrinae dederunt ſua.* Illud ἐπ' αὐτὸς redundat, et poſſet ſaluo ſenſu abeſſe. Sed hoc fit imitatione Hebraeorum; v. c. Ioſ. 1, 3 כָּל־מָקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף־רַגְלְכֶם בּוֹ לָכֶם נְתַתִּיו *Omnem locum, quo venietis, dabo vobis.* Hic abundat בּוֹ.

2 Pronomina in N. T. etiam redundant poſt Nomina, ſiue potius poſt verba. V. c. Matth. 21, 41 κακὸς κακῶς ἀπολέσει αὐτὸς *Malos male perdet*: nam αὐτὸς hic abundat. Scriptores N. T. imitati ſunt Hebraeos, qui ſaepiſſime talibus loquendi modis vtuntur. V. c. Dan. 1, 17 וְהַיְלָדִים הָאֵלֶּה אַרְבַּעְתָּם נָתַן לָהֶם הָאֱלֹהִים מַדָּע *Et pueris illis quatuor dedit deus ſcientiam.* Illud לָהֶם pleonaſtice additur. *

3 In N. T. ſaepe, more Hebraeorum, redundat ἐκεῖ *Ibi*, quod habet vim Pronominis demonſtratiui et idem ſignificat, quod ἐν τόπῳ ἐκείνῳ *In loco illo.* V. c. Apoc. 12, 14 ὅπου τρέφεται ἐκεῖ

* Sed hic locus referri potius debebat ad claſſem ſecundam. nam הַיְלָדִים eſt Nominatiuus, vt poſſit intellegi *quod attinet ad.* Magis vero ad rem pertinet locus Gen. 13, 15 כִּי אֶת־כָּל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־אַתָּה רֹאֶה לְךָ אֶתְּנֶנָּה. *Nam omnem terram, quam vides, dabo tibi.* Hic manifeſte redundat ſuffixum.

ἐκεῖ καιρὸν *Vbi alitur per tempus.* ἐκεῖ *Illic abundat.* Sed hoc fit more Hebraeorum; v. c. 1 Sam. 9, 10 legitur: וַיֵּלְכוּ אֶל־הָעִיר אֲשֶׁר־שָׁם אִישׁ הָאֱלֹהִים: *Et venerunt ad vrbem, in qua propheta erat.* שָׁם redundat.

4 Quando partes corporis humani nominantur; tum ſaepe illis adduntur per pleonaſmum Pronomina μου, σου, αὐτοῦ, quae in ſcriptis aliorum Graecorum non inueniuntur. V. c. Luc. 24, 50 habetur: καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ *Et ſublatis manibus.* Sic ibid. ca. 6, 20 dicitur: ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ *Sublatis oculis.* Graeci vulgares omitterent illud αὐτοῦ, vt Aelian. V. H. XII. 22: εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας *Palmas ad caelum tendens.* In N. T. talia Pronomina adduntur more Hebraeorum; v. c. Gen. 18, 2 וַיִּשָּׂא עֵינָיו *Et ſuſtulit* (Abrahamus) *oculos ſuos:* et ca. 29, 1 וַיִּשָּׂא יַעֲקֹב רַגְלָיו *Et ſuſtulit Iacobus pedes ſuos;* pro עֵינַיִם, et רַגְלַיִם *Oculos*, et *pedes.*

5 Etiam Pronomina illa adduntur aliis rebus, quae ad hominem pertinent, aut quae ab homine proficiſcuntur. V. c. Act. 2, 14 Πέτρος — ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ *Petrus — ſuſtulit vocem.* Et Luc. 10, 27 ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου κ. λ. *Amabis Iouam, deum tuum, ex toto animo* &c. Vulgares Graeci dicerent ἐπῆρε τὴν φωνὴν, et ἀγαπήσεις — ἐξ ὅλης καρδίας, omiſſis Pronominibus. Sed ſcriptores N. T., addentes haec Pronomina, imitantur

tantur Hebraeos; v. c. Iud. 21, 2 וַיִּשְׂאוּ קוֹלָם *Et ſuſtulerunt vocem.* Et Deut. 6, 5 וְאָהַבְתָּ אֵת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל-לְבָבְךָ *Et amabis Iouam, deum tuum, ex toto animo.* Vid. in Philologia Sacra ca. 27

V *Vndeuigeſima* Hebraiſmorum N. T. *claſſis*, ſuperiori contraria, continet ellipſin pronominis indefiniti τις. Exempla occurrunt paſſim; vt Matth. 23, 34 καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ ςαυρώσετε καὶ ἐξ αὐτῶν μαςιγώσετε, intell. τινὰς, *E quibus quoſdam occidetis et cruci affigetis, alios flagellis ſectabimini.* Luc. 21, 16 καὶ θανατώσȣσιν ἐξ ὑμῶν, intell. τινὰς, *Et necabunt quoſdam veſtrum.*

Talis ellipſis pronominis fit more Hebraeorum. V. c. 2 Reg. 10, 23 וּרְאוּ פֶּן-יֶשׁ-פֹּה עִמָּכֶם מֵעַבְדֵי יְהוָה *Et videte, ne quis ſacerdotum hic ſit vobiſcum.* intell. אֶחָד *Vnus, aliquis.* Sic etiam Dan. 8, 10 וַתַּפֵּל אַרְצָה מִן-הַצָּבָא וּמִן-הַכּוֹכָבִים *Et deiecit in terram de exercitu et de ſtellis*, ſcil. *quaſdam:* quae vox etiam in noua Verſione Belgica addita, ſed vncinulis incluſa conſpicitur. Vid. ca. 28

VI *Vigeſima* Hebraiſmorum *claſſis* continet Pronomina tranſpoſita. In N. T. nonnunquam Pronomina adduntur poſteriori ſubſtantiuo, quum deberent addi priori. V. c. Act. 13, 26 ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεςάλη *Vobis hoc Euangelium nunciatur*, pro ὑμῖν ȣ̃τος ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ἀπεςάλη. Simile exemplum occurrit Rom. 7, 24 τίς με ῥύσεται ἐκ τȣ̃ σώματος τȣ̃ θανάτȣ τȣ́τȣ *Quis me liberabit a cor-*

pore hoc mortali; pro ἐκ τούτου τοῦ σώματος τοῦ θανάτου.

Talis traiectio Pronominum facta est more Hebraeorum; v. c. Esr. 9, 15 וּלְהִתְחַתֵּן בְּעַמֵּי הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה *Et affinitate nos iungamus cum populis istis abominandis* s. *profanis*. Pronomen אֵלֶּה *Illi* adiungitur quidem posteriori substantiuo, sed conuenit cum priori. Sic Dan. 9, 24 עַל־עִיר קָדְשֶׁךָ *Super vrbem sanctitatis tuae*, h. e. *super vrbem tuam sanctam*. Vid. ca. 29

VII *Vigesima prima* Hebraismorum *classis* est assignata verbis Actiuis personae tertiae numeri pluralis, quae vsurpantur pro Passiuis. V. c. Luc. 12, 48 καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν *Et apud quem deposuerunt multum, ab eo plus reposcent*, h. e. *apud quem multum depositum est, ab eo plus reposcetur*. Similiter ibid. c. 6, 38 μέτρον καλὸν — δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν *Mensuram bonam — dabunt in sinum vestrum*, h. e. δοθήσεται *Dabitur*. Graeci vulgares nonnunquam citra Hebraismum * talibus verbis vtuntur, sed subintellecto

* At vero mihi etiam in Graecis scriptoribus modus hic loquendi videtur pro Hebraico habendus esse. nam constat, multas vocabulorum significationes multasque formulas dicendi a Graecis antiquissimis receptas esse ex Hebraica lingua in suam. Sic καλεῖσθαι *Esse*, Hom. Il. γ, 183: φημὶ *Puto, cogito*,

lecto Nominatiuo plur. nominis *ἄνθρωπος*. Euripides Medea v. 288 Κλύω δ' ἀπειλεῖν, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι *Audio minari, vt nunciant mihi*. Hic ſubintellegitur *ἄνθρωποι Homines*. Sed ſacri ſcriptores ſubintellegunt in praecedentibus exemplis *deum*.

Hebraei etiam vtuntur verbis Actiuis perſonae tertiae, tam in numero plurali, quam in ſingulari, loco verborum Paſſiuorum. V. c. Ieſ. 64, 3 וּמֵעוֹלָם לֹא־שָׁמְעוּ לֹא הֶאֱזִינוּ *Neque vnquam auditum eſt*. Sic etiam Gen. 15, 6 וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה *Et reputauit hoc illi iuſtitiam*. Hic verbum ſingulare ſumitur pro Paſſiuo et explicatur per: *Et reputatum hoc eſt illi iuſtitia*, h. e., Cocceio interprete, *Et reputauit hoc vt cauſſam accipiendi iuris ad petendum vitam*. Vid. ca. 30

VIII Ad *vigeſimam ſecundam* Hebraiſmorum *claſſem* pertinent verba finita cum coniunctione copulatiua καὶ poſita pro infinitis; v. c. Rom. 10, 20 Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει *Eſaias vero audet et dicit*, pro ἀποτολμᾷ λέγειν *Audet dicere*.

Hoc fit imitatione Hebraeorum. V. c. Gen. 9, 20 habetur: וַיָּחֶל — וַיִּטַּע כָּרֶם *Et coepit — et plan-*

gito, Il. γ, 28, 44 et 366: ἧσθαι *Eſſe, manere*, Il. γ, 406: κοῦροι Ἀχαιῶν *Achiui*: πόλεμον πολεμίζειν, Il. β, 121: ἐσθίειν *Coenare*, Theophraſt. char. ca. 24: et compluſcula eius generis alia, Hebraiſmos eſſe cenſeo. Vid. quae eam in rem eleganter diſputauit nuper Erneſtius ὁ πάνυ in Proluſione de Veſtigiis linguae Hebraicae in lingua Graeca.

plantauit vineam, h. e. *coepit conſerere vineam.* Hic verbo ſecundo additur copula, vti Paulus fecit. Sed Hebraei nonnunquam omittunt illam copulam; v. c. Eccleſ. 8, 3 אַל־תִּבָּהֵל מִפָּנָיו תֵּלֵךְ *Ne feſtines, diſcedas ab ipſo*, h. e. *ne feſtines diſcedere.* Vid. ca. 31

VIIII Ad *vigeſimam tertiam* Hebraiſmorum *claſſem* referuntur verba infinita, habentia ſecum praepoſitionem ἐν et accuſatiuum nominis, poſita pro verbis finitis, aut pro Participiis. V. c. Luc. 1, 8 ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν *Factum autem eſt in ſacerdotio fungi eum*, pro ὅτι ἱεράτευεν αὐτὸς *Quum is ſacerdotio fungeretur*, vel ἱερατεύοντος αὐτοῦ *Sacerdotio fungente eo.* Similiter Luc. 3, 21 ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν *Factum autem eſt, in baptizari omnem populum*, h. e. *quum baptizaretur omnis populus.*

Scriptores N. T. in his imitati ſunt Hebraeos. V. c. Pſ. 51, 2 legitur: בְּבוֹא־אֵלָיו נָתָן הַנָּבִיא *In venire ad eum Nathanem prophetam*, h. e. *veniente Nathane*, vel *quum veniſſet Nathan propheta.* Pſ. 102, 23 בְּהִקָּבֵץ עַמִּים *In congregari populos*, h. e. *quum congregarentur populi.* Vid. ca. 32

X *Vigeſima quarta* Hebraiſmorum *claſſis* continet pleonaſmos quorundam verborum, quae in N. T., ſecundum conſuetudinem Hebraeorum, abundant.

1 Saepius repetitur verbum ἐγέννησε *Genuit;* vt Matth. 1, 2. 3. 4 &c. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ κ. λ. Haec potuiſſent Graece ſic dici: Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ τὸν Ἰέδαν κ. λ. Sed Matthaeus imitatus eſt morem loquendi Hebraeorum; v. c. 1 Paral. 2, 10 habetur: וְרָם הוֹלִיד אֶת־עַמִּינָדָב וְעַמִּינָדָב הוֹלִיד אֶת־נַחְשׁוֹן וגו׳ *Et Ram genuit Amminadabum, et Amminadabus genuit Nachſchonem* &c.

2 Scriptores ſacri N. T. praemittunt, quando aliquid narrare volunt, verbum ἐγένετο *Factum eſt*, praecedente vocula καὶ, vel ſequente δὲ. V. c. Luc. 1, 23 καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ *Et factum eſt, quum completi eſſent dies functionis* ſ. *miniſterii ipſius.* Potuiſſet ſimpliciter dicere: ὡς δὲ ἐπλήσθησαν κ. λ. Sic Luc. 2, 1 ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε τὸ δόγμα κ. λ. *Factum autem eſt tempore illo, vt proponeretur edictum* &c.; pro ἐξῆλθε δὲ κ. λ. Simili verbo וַיְהִי *Et fuit, et factum eſt*, vtuntur etiam Hebraei, et quidem in initiis hiſtoriarum; vt Ruth. 1, 1 וַיְהִי בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים וַיְהִי רָעָב בָּאָרֶץ *Et factum eſt temporibus, quibus iudicabant iudices, et fuit fames in terra*, h. e. *tum, quum Iudices imperarent* ſ. *praeeſſent Iſraëlitis, fame premebatur Palaeſtina.* nam אֶרֶץ hic, vt ſaepe in N. T. γῆ, tantum de Palaeſtina debet accipi. Sic Iud. 1, 1 וַיְהִי אַחֲרֵי מוֹת יְהוֹשֻׁעַ וַיִּשְׁאֲלוּ וגו׳ *Et factum eſt poſt mortem Ioſuae, vt inter-*

interrogarent &c., h. e. *mortuo Iosua, consulebant* &c.

3 Scriptores N. T. praemittunt etiam pleonastice καὶ ἔϛαι *Et erit* vel ἔϛαι δὲ *Erit autem.* V. c. Act. 2, 17 καὶ ἔϛαι ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις — ἐκχεῶ κ. λ. *Et erit temporibus vltimis — effundam* &c., h. e. *temporibus N. T. — largiter tribuam* s. *liberalis ero in tribuendo* &c. Illud καὶ ἔϛαι posset abesse. add. ibid. v. 21 coll. Rom. 10, 13. Sic Act. 3, 23 ἔϛαι δὲ, πᾶσα ψυχὴ — ἐξολοθρευθήσεται κ. λ. *Erit autem; omnis anima — exterminabitur* &c., h. e. *Omnes — exterminabuntur* &c. Etiam hoc fit imitatione Hebraeorum. V. c. Ioël. 3, 5 legitur: וְהָיָה כֹּל — יִמָּלֵט *Et erit, quicunque — servabitur.* Et ibid. v. 1 וְהָיָה אַחֲרֵי־כֵן אֶשְׁפּוֹךְ וגו׳ *Et erit postea, effundam* &c. nam et his in locis redundat τὸ וְהָיָה.

4 Sacri scriptores, quando volunt narrare, quid quisquam responderit; tum non tantum vtuntur verbo ἀποκρίνεσθαι, vel εἰπεῖν, aut λέγειν, quae singula sufficerent, sed duo talia verba coniungunt. V. c. Ioh. 1, 49 ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ *Respondit Iesus et dixit ei.* Sic Marc. 3, 33 καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων *Et respondit eis, dicens.* Hunc morem scribendi mutuati sunt scriptores N. T. ab Hebraeis. V. c. Gen. 18, 27 וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמַר *Et respondit Abrahamus et dixit.* Sic 2 Reg. 1, 12 וַיַּעַן אֵלִיָּה וַיְדַבֵּר אֲלֵיהֶם *Et respondit Elias et dixit eis.* Vid. ca. 33

XI *Vige-*

XI *Vigesima quinta* Hebraismorum *classis* comprehendit verba, quae Participia et nomina eiusdem originis addita habent.

1 Verbis adduntur talia Participia eiusdem originis. V. c. Hebr. 6, 14 legitur: ἐυλογῶν ἐυλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε *Benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te*, h. e. *cumulabo te omnis generis felicitate tuorumque posterorum multitudo erit, meo beneficio, permagna.*

2 Verbis adduntur etiam nomina eiusdem originis vel etiam significationis, et quidem datiuo casu. V. c. Matth. 13, 14 ἀκοῇ ἀκέσετε, καὶ ὀ μὴ συνῆτε *Audietis, neque intellegetis.* Sic ibid. ca. 15, 4 θανάτῳ τελευτάτω *Occiditor.*

Hebraei etiam duo eiusmodi verba coniungunt, sed alterum solet esse in Infinitiuo. V. c. Gen. 22, 17 כִּי־בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ וְהַרְבָּה אַרְבֶּה *Nam benedicendo benedicam tibi, et multiplicando multiplicabo*: quorum verborum quae sit sententia, iam ante dictum est. Sic Ies. 6, 9 שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *Audite.* Et Gen. 2, 17 מוֹת תָּמוּת *Morieris.* Vid. ca. 34

XII *Vigesima sexta* Hebraismorum *classis* continet verba, quibus nomina eiusdem originis casu accusatiuo addita sunt, quae adiectiua sibi iuncta habent. V. c. Marc. 4, 41 καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν *Et timuerunt timorem magnum*, h. e. *valde.* Sic Matth. 2, 10 ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα *Gauisi sunt gaudium magnum valde*, h. e. *summopere.* Haec Hebraeorum

more

more formata ſunt. V. c. Ion. 1, 10 ויראו האנשים יראה גדולה *Et timuerunt* ſ. *perterriti ſunt nautae vehementer.* Sic Gen. 27, 33 ויחרד יצחק חרדה גדולה עד־מאד *Et tremuit Iſaacus tremorem magnum admodum* h. e. *valde.*

Quaeritur: annon vulgares Graeci ſimilibus vtuntur formis loquendi, quando dicunt φεύγειν φυγὴν, δουλείαν δουλεύειν, χαρὰν χαίρειν κ. λ.?

Reſpondeo: In his et ſimilibus occurrunt quidem verba cum nominibus eiuſdem originis, ſed illa nomina non habent ſibi adiuncta talia adiectiva, qualia in N. T. inueniuntur. Vbi, quaeſo, apud vulgares Graecos χαίρειν χαρὰν μεγάλην et φοβεῖσθαι φόβον μέγαν denotant *valde gaudere*, et *valde timere?* Vid. plura ca. 35

SECTIO V

I *Vigeſima ſeptima claſſis Hebraiſmorum continet nouas verborum cum nominibus conſtructiones.*

II *Duodetrigeſima claſſis continet formulas, vſitatas quidem Graecis vulgaribus, ſed quae in N. T. plane aliam habent ſignificationem, quam vulgo apud antiquos Graecos habere ſolent.*

III *Vndetrigeſima claſſis continet formulas, vſitatas quidem Graecis vulgaribus, ſed quae ita pleonaſtice ab his non fuerunt vſurpatae, ſicuti vſurpatae ſunt a ſcriptoribus N. T., quaeque propter Pleonaſmum inter Hebraiſmos numerantur.*

IIII *Trigeſima claſſis continet tales nominum et verborum conſtructiones, quae quum apud vulgares Graecos plane non reperiantur, in N. T. tamen paſſim occurrunt.*

V *Trigeſima prima claſſis docet, nonnullas N. T. formulas pro Graecorum aduerbiis vſurpari.*

VI *Ex allatis exemplis Hebraiſmorum* c o n c l u d i m u s, *N. T. Hebraiſmis ſcatere.*

I

Sequitur nunc *vigeſima ſeptima claſſis* Hebraiſmorum, in N. T. vſitatorum, continens nouas verborum cum nominibus conſtructiones; ſcilicet vt vel nomina alio quodam caſu ponantur, quam vulgo poni ſolent, vel vt inter verba et nomina intercedat particula quaedam, quae apud vulgares Graecos non inuenitur.

1 Verbum προσκυνεῖν in N. T. conſtruitur fere cum datiuo; vt Ioh. 4, 23 προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ *Adorabunt patrem;* pro τὸν πατέρα. nam Graeci vulgo ſolent huic verbo addere caſum quartum. Sed quia Hebraei verbo הִשְׁתַּחֲוָה, quod τῷ προσκυνεῖν reſpondet, caſum tertium addunt; ideo ſcriptores N. T. voluerunt

runt Hebraeos imitari; v. c. Pſ. 29, 2 הִשְׁתַּחֲווּ לַיהוָה *Adorate ſ. veneramini Iouam.*

Nonnunquam idem verbum προσκυνεῖν in N. T. coniungitur cum ἐνώπιον; vt Luc. 4, 7 ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου *Si adoraueris me.* Hoc itidem fit imitatione Hebraeorum; v. c. Gen. 23, 12 וַיִּשְׁתַּחוּ אַבְרָהָם לִפְנֵי עַם־הָאָרֶץ׃ *Tunc incuruauit ſe coram populo ſ. incolis regionis illius.*

2 Verbo ἁμαρτάνειν etiam additur ἐνώπιον; vt Luc. 15, 18 πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου *Pater, peccaui in deum atque in te;* pro εἰς σε. Graeci vulgo dicunt ἁμαρτάνειν εἴς τινα. Sed ſcriptores N. T. ſcribunt ἐνώπιόν σου, more Hebraeorum. nam hi conſtruunt verbum חָטָא *Peccauit* non modo cum praefixo ל, vt 1 Reg. 8, 31, ſed vtuntur etiam, vt alibi, (vid. Gen. 23, 12 et ca. 45, 5 coll. Pſ. 29, 2) ita et hic, praefixi loco particula לִפְנֵי vel בְּעֵינֵי. Ita Vorſtius. ſed locum e V. T. nullum attulit, neque afferre potuit.

3 Verbum ἐστι etiam Hebraeo more conſtruitur cum ἐν ὀφθαλμοῖς, et tum ſignificat idem, quod δοκεῖ *Videtur,* νομίζεται *Exiſtimatur,* ὑπολαμβάνεται *Putatur;* vt Matth. 21, 42 καὶ ἐστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν *Et eſt admirabile in oculis noſtris,* h. e. ἐστι θαυμαστὴ ἡμῖν *Eſt admirabile nobis,* h. e. δοκεῖ ἡμῖν *Mirum videtur nobis.* Ergo hic apparet Hebraiſmus, tum quod ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ponitur pro ἡμῖν, tum etiam

etiam quod illa formula εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς denotat *videri*, *existimari* &c. Quod scriptores N. T. imitati sint Hebraeos, apparet ex Ps. 118, 23 הִיא נִפְלָאת בְּעֵינֵינוּ *Illud mirabile est in oculis nostris*, h. e. הִיא נִפְלָאת לָנוּ *Illud mirabile est nobis*, h. e. *mirabile nobis videtur.* Et ex 2 Sam. 1, 26 נִפְלְאַתָה אַהֲבָתְךָ לִי *Admirabilis mihi fuit amor tuus* &c. hoc enim idem est ac si diceretur בְּעֵינַי *In oculis meis.* Hic includitur הָיָה, quod exprimitur 2 Sam. 6, 22 וְהָיִיתִי שָׁפָל בְּעֵינָי *Et ero humilis in oculis meis.*

4 Graeci vulgo dicunt ἀκολουθεῖν τινι *Sequi aliquem.* Sed scriptores N. T. interponunt ὀπίσω vel μετὰ inter verbum et nomen. V. c. Matth. 10, 38 καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου *Ac sequitur me.* Sic Apoc. 14, 13 τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν *Sed opera illorum sequuntur illos.* Etiam Hebraei particula אַחֲרֵי *Post* vtuntur; vt Gen. 35, 5 וְלֹא רָדְפוּ אַחֲרֵי בְּנֵי יַעֲקֹב *Neque persequuti sunt filios Iacobi.* Sic 2 Sam. 20, 10 וְיוֹאָב וַאֲבִישַׁי אָחִיו רָדַף אַחֲרֵי שֶׁבַע *Et Ioabus cum Abischaeo, fratre, persequutus est Schebam.* *

5 Graeci vulgo scribunt ποιεῖν τί τινι vel τί τινα *Facere aliquid alicui*, casu tertio vel quarto, sed

* Haec loca non pertinent huc. nam verbum רָדַף respondet Graecorum verbo διώκειν, neque Alexandrini interpretes id vsquam ita verterunt. Sed formula ἀκολουθεῖν ὀπίσω vel μετά τινος facta est, vt in Stockii Claue N. T. docetur, ad formulam Hebraeorum הָלַךְ אַחֲרֵי פְּלֹנִי, quam sic reddiderunt interpretes Alexandrini passim, v. c. 1 Reg. 19, 20

ſed ſcriptores ſacri N. T. dicunt *μετά τινος Cum aliquo*, h. e. *alicui*; vt Luc. 1, 72 *ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν*, pro *τοῖς πατράσιν* vel *τὰς πατέρας ἡμῶν Vt ductus amore patrum noſtrorum.* * Hoc faciunt ſacri ſcriptores imitatione Hebraeorum; vt Gen. 24, 14 וּבָהּ אֵדַע כִּי־עָשִׂיתָ חֶסֶד עִם־אֲדֹנִי׃ *Atque ex eo colligam, te bene velle domino meo.*

6 Pro *διδάσκειν τινα Docere aliquem* dicunt ſcriptores N. T. *διδάσκειν ἔν τινι*; vt Apoc. 2, 14 *ὃς* (*Βαλαάμ*) *ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλὰκ*, pro *τὸν Βαλὰκ*, *Qui* (*Bileamus*) *docuit Balakum.*** Hoc fit more Hebraeorum; vt 2 Paral. 17, 9 וַיְלַמְּדוּ בָּעָם *Et docuerunt populum.*

7 Pro *ἐξελέξατο ἡμᾶς* dicit Lucas Act. 15, 7 *ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο Deus nos elegit* ſ. *probavit*, interpoſita praepoſitione *ἐν*. Sic Hebraei interponunt litteram ב; vt Nehem. 9, 7 אֲשֶׁר בָּחַרְתָּ בְּאַבְרָם *Qui elegiſti Abramum.* Huc refer etiam *ὁμολογεῖν ἐν ἐμοὶ* et *ἐν αὐτῷ*, Matth. 10, 32, pro quo Graeci vulgo dicerent *ἐμὲ* et *αὐτόν.*

8 Pro *ὀμνύειν τινά Iurare per aliquem* dicunt ſcriptores ſacri *ὀμνύειν ἔν τινι* vel *εἴς τινα*; vt Matth. 5, 34 ſ. *μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ ἐρανῷ* — *μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα Ne iuretis omnino, neque per*

* At mihi nec ipſa formula ἔλεος ποιεῖν, pro ἐλεεῖσθαι, Graeca videtur; Graeci enim dicerent ἔλεος ποιεῖσθαι; ſed facta ad ſimilitudinem Hebraicae עָשׂוֹת חֶסֶד.

** Sic edidit Millius, ſed Bengelius in contextum recepit τῷ Βαλάκ. Alii Codd. habent τὸν Βαλὰκ, quod gloſſema ſapit.

per caelum — neque per Hierosolyma. Ita loquuntur etiam Hebraei; vt 1 Reg. 2, 42 הֲלוֹא הִשְׁבַּעְתִּיךָ בַיהוָה *Nonne adiuraui tibi per Iouam.*

9 Pro προσκόπτειν τινὶ aut πρός τι, vel pro σκανδαλίζεσθαί τινι, dicunt sacri scriptores ἐν τινι; vt Rom. 14, 21 ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει *In quo alter offendat.* Sic Matth. 13, 57 καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ *Et offenderunt* s. *offensi sunt in eo.* Hoc fit more Hebraeorum; vt Ier. 46, 12 גִּבּוֹר בְּגִבּוֹר כָּשָׁלוּ *Potentes ad potentes offendent.*

10 Pro πιστεύειν τινὶ *Credere* s. *fidem habere alicui* dicunt scriptores N. T. vel πιστεύειν ἐν τινι; vt Marc. 1, 15 πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ *Credite Euangelio*, h. e. *sequimini doctrinam diuinam:* vel εἰς τινα, vt Ioh. 2, 11 ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν *Crediderunt ei*, h. e. *eum verum deum agnouerunt:* vel ἐπί τινι; vt Luc. 24, 25 τοῦ πιστεῦσαι ἐπὶ πᾶσιν *Vt fidem habeatis iis omnibus:* vel denique ἐπί τινα; vt Act. 9, 42 πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν κύριον *Multi crediderunt Christo*, h. e. *coeperunt sequi disciplinam Christi.* Hic quoque scriptores N. T. imitantur Hebraeos; vt Ps. 78, 22 כִּי לֹא הֶאֱמִינוּ בֵּאלֹהִים *Nam fidem non habuerunt* s. *confisi sunt, deo.* Et Ex. 14, 31 וַיַּאֲמִינוּ בַּיהוָה וּבְמֹשֶׁה עַבְדּוֹ *Tum fidem habuerunt Iouae Mosique, eius ministro.* add. ca. 4, 8.

11 Pro ἐλπίζειν τινὶ *Spem ponere in aliquo* dicunt scriptores N. T. εἰς τινα, vt 2 Cor. 1, 10: vel ἐν τινι, vt Matth. 12, 21: vel ἐπί τινι, vt Rom. 15, 12. Similiter pro πεποιθέναι τινὶ *Confidere alicui* s. *fiduciam ponere in aliquo* dicunt iidem scripto-

res εἰς τινα, vt Gal. 5, 10: vel ἐν τινι, vt Phil. 3, 3 ſ. Haec itidem facta ſunt more Hebraeorum; vt Pſ. 21, 8 בָּטַח בַּיהוָה *Confidit Iouae.* Et Pſ. 2, 12 כָּל־חוֹסֵי בוֹ *Omnes, qui ei confidant.* nam verbis בָּטַח et חָסָה in Alexandrina verſione reſpondent fere verba Graeca ἐλπίζειν et πεποιθέναι.

12 Pro εἶναί τι *Eſſe aliquid* dicunt ſcriptores N. T. εἶναι εἰς τι; vt Matth. 19, 5 καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν *Et erunt illi duo in carnem vnam*, h. e. *quaſi vnus homo:* pro quo vulgares Graeci dicerent, καὶ ἔσονται οἱ δύο σὰρξ μία. Ita vero loquuntur etiam Hebraei; vt Gen. 2, 24 וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד *Et erunt in carnem vnam*, h. e. *caro ſ. homo vnus.* Huc referri poteſt formula γίνεσθαι εἰς τι, quando ſignificat *fieri.* nam et haec in Hebraiſmis numerari debet; vt 1 Pet. 2, 7 οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας *Ille factus eſt in caput anguli*, h. e. *lapis angularis ſ. frontatus.* Sic etiam Hebraei; vt Pſ. 118, 22 הָיְתָה לְרֹאשׁ פִּנָּה: qui eſt ipſe ille locus, quem Petrus laudat. Vid. de his plura in Philologia Sacra ca. 36

II *Duodetrigeſima* Hebraiſmorum *claſſis* continet formulas, vſitatas quidem Graecis vulgaribus, ſed quae in N. T. plane aliam habent ſignificationem, quam vulgo apud antiquos Graecos habere ſolent.

1 Formula αἷμα ἐκχέειν *Sanguinem effundere* vſurpatur quidem a Graecis pro *effundere ſanguinem ex vaſe aliquo*, ſed in N. T. ſumitur pro *occidere;* vt Apoc. 16, 16 αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν *Sanguinem ſanctorum et prophetarum effuderunt*, h. e. *ſanctos et prophetas occiderunt.*

Tali

Tali ſenſu formula illa ſumitur etiam apud Hebraeos; vt Gen. 9, 6 שֹׁפֵךְ דַּם הָאָדָם בָּאָדָם דָּמוֹ יִשָּׁפֵךְ *Effundens ſanguinem hominis, ab homine ſanguis eius effundetur*, h. e. *homicida inuicem occidetur.*

2 Formula *ἀκούειν τὴν φωνήν τινος* apud Graecos denotat *audire vocem alicuius*, ſed in N. T. ſignificat etiam *obtemperare, obedire;* vt Ioh. 18, 37 *ἀκούει μου τῆς φωνῆς Audit vocem meam*, h. e. *obtemperat mihi.* Hoc fit more Hebraeorum; vt Gen. 3, 17 כִּי שָׁמַעְתָּ לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ *Quia audiuiſti vocem vxoris tuae*, h. e. *quia obtemperaſti vxori tuae.* Dices, *ἀκούειν* ipſis Graecis, vt Latinis *audire*, idem eſſe quod *obtemperare.* Reſpondeo: verum eſt, ſed non *ἀκούειν τὴν φωνήν τινος.*

3 Formula *τὸν ἄρτον κλάσαι* vulgaribus Graecis ſignificat *panem frangere, panem in particulas comminuere*, ſed in N. T. praeter talem fractionem, denotat ipſam panis comeſtionem, et quidem ſacram, atque praeter hanc, etiam panis diſtributionem inter edentes; vt Act. 20, 7 *συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον Quum conueniſſent diſcipuli ad frangendum*, h. e. *comedendum panem.* Et Marc. 8, 19 *ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους Quum quinque panes in quinque millia fregi*, h. e. *panes diſtribui inter quinque millia.* Hoc ipſum fit more Hebraeorum; vt Ieſ. 58, 7 הֲלוֹא פָרֹס לָרָעֵב לַחְמֶךָ *Nonne gratius mihi erit, ſi frangas*, h. e. *des, panem eſurienti?* nam pro פָּרַס *fregit* Ez. 18, 7 eſt נָתַן. Sic *ἡ κλάσις τοῦ ἄρτου* eſt *ipſa comeſtio, ſacra tamen, panis;* vt Act. 2, 42. Luc. 24, 35: vbi

ἐν τῇ κλάσει τῦ ἄρτϐ est *inter edendum* s. *super coenam.*

4 Formulae ἄρτον ἐσθίειν, φαγεῖν * aut τρώγειν, apud vulgares Graecos significant *panem comedere*, sed in N. T. denotant totam coenam; vt Matth. 15, 2 ϐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν *Etenim non lauant sibi manus, quum panem comedunt*, h. e. *quum coenant.* Sic Marc. 3, 20 ὥϛε μὴ δύνασθαι αὐτϐς μήτε ἄρτον φαγεῖν *Vt ne coenare quidem possent.* Et Ioh. 13, 18 ὁ τρώγων μετ᾽ ἐμϐ τὸν ἄρτον *Qui coenat mecum.* Scriptores sacri imitati sunt Hebraeos. illi enim per אָכוֹל לֶחֶם *Edere panem* intellegunt totam coenam; vt Gen. 43, 24 כִּי שָׁמְעוּ כִּי־שָׁם יֹאכְלוּ לָחֶם׃ *Nam audiuerant, se ibi esse coenaturos.* Et 1 Sam. 20, 24 וַיֵּשֶׁב הַמֶּלֶךְ עַל־הַלֶּחֶם לֶאֱכוֹל׃ *Et sedit rex ad coenandum.*

5 Formula ἀνοίγειν τϐς ὀφθαλμϐς τινος Graecis denotat *oculos alicuius aperire, cilia alicuius diducere*, vt videre possit; sed in N. T. significat duo. 1 *Facultatem videndi alicui dare* s. *reddere*; vt Ioh. 9, 14 ἀνέωξεν αὐτϐ τϐς ὀφθαλμϐς *Aperuit eius oculos*, h. e. *ex caeco fecit videntem.* Sic Ies. 35, 5 אָז תִּפָּקַחְנָה עֵינֵי עִוְרִים *Tum aperientur oculi caecorum*, h. e. *tum caecis restituetur visus.*

Alicuius animum illustrare, vt credat vel velit, quae antea non crediderit, vel voluerit; vt Act. 26, 18 ἀνοῖξαι ὀφθαλμϐς αὐτῶν *Vt aperias oculos eorum,*

* Itemque συμφαγεῖν τινι *Coenasse cum aliquo*, Act. 11, 3. intell. ἄρτον. Vid. 1 Sam. 12, 17

eorum, h. e. *vt conuertas eos.* nam ſequitur ſtatim: *τῦ ἐπιςρέψαι ἀπὸ σκότȣς ἐις φῶς.* Sic Gen. 3, 5 נִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם *Fore, vt aperirentur oculi veſtri.* Haec referuntur ad animum et intellectum.

6 Similiter *διανοίγειν τὰς ἀκοάς τινος* in N. T. ſignificat *audiendi facultatem alicui reddere*; vt Marc. 7, 35 *καὶ ἐυθέως διηνοίχθησαν ἀυτῦ αἱ ἀκοαὶ Et ſtatim recepit auditum* ſ. *audiendi facultatem.* Hoc fit imitatione Hebraeorum; vt Ieſ. 35, 5 וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה *Et aures ſurdorum aperientur*, h. e. *ſurdi aurium vſum recipient.*

7 Denique formula *ἀνοίγειν τὸ ςόμα τινὸς* alium habet ſenſum in N. T., quam apud profanos auctores. In N. T. ſignificat *facultatem loquendi alicui reddere.* V. e. de Zacharia, qui fuerat mutus, ait Lucas ca. 1, 64 *ἀνεῴχθη δὲ τὸ ςόμα ἀυτῦ παραχρῆμα Apertum autem os eius eſt ſtatim*, h. e. *ſtatim recepit facultatem loquendi.* Hoc fit more Hebraeorum; vt Num. 22, 28 וַיִּפְתַּח יְהוָה אֶת־פִּי הָאָתוֹן *Et aperuit Ioua os aſinae*, h. e. *dedit Ioua aſinae loquendi facultatem.* Sed *ἀνοίγειν τὸ ςόμα ἀυτῦ Aperire os ſuum* denotat *loqui*; vt Matth. 13, 35 *ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ ςόμα μȣ Aperiam per parabolas os meum*, h. e. *loquar* ſ. *vtar ſimilitudinibus.* Hoc itidem fit more Hebraeorum; vt Pſ. 78, 2 אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי *Aperiam per parabolas os meum*, h. e. *loquar per parabolas.* Vid. ca. 37

III *Vndetrigeſima* Hebraiſmorum *claſſis* continet formulas, vſitatas quidem Graecis vulgaribus, ſed quae ita pleonaſtice ab iis non fuerunt vſurpatae,

ſicuti vſurpatae ſunt a ſacris ſcriptoribus, quaeque propter pleonaſmum inter Hebraiſmos numerantur.

1 Scriptores N. T., narraturi, quod quis viderit aliquid, adiiciunt fere formulam ἐπαίρειν τὰς ὀφθαλμὰς, quod vulgares Graeci non faciunt. V. c. Ioh. 6, 5 ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τὰς ὀφθαλμὰς, καὶ θεασάμενος *Quum igitur ſuſtuliſſet oculos Ieſus et vidiſſet*, h. e. *quum Ieſus vidiſſet.* Hoc fit imitatione Hebraeorum; vt Gen. 22, 4 וַיִּשָּׂא אַבְרָהָם אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא אֶת־הַמָּקוֹם מֵרָחֹק *Et ſuſtulit Abrahamus oculos ſuos et vidit locum illum e longinquo*, h. e. *vidit Abrahamus locum illum eminus.*

2 Scriptores N. T., narraturi quempiam quippiam dixiſſe, praemittunt verbis εἰπεῖν, λέγειν, ἀποφθέγγεσθαι, formulam ἐπαίρειν τὴν φωνὴν *Tollere vocem*; vt Luc. 11, 27 ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ *Suſtulit mulier quaedam vocem e turba et dixit ei*, h. e. *dixit* ſ. *acclamauit femina quaedam e turba.* add. ca. 17, 13 et Act. 2, 14. Idem faciunt Hebraei; vt Iud. 9, 7 וַיִּשָּׂא קוֹלוֹ וַיִּקְרָא וַיֹּאמֶר *Et ſuſtulit* (Iothamus) *vocem ſuam et clamauit et dixit*, h. e. *clamauit.*

3 Similiter ſacri ſcriptores, volentes dicere, quod quis loquutus fuerit, vel aliquem docuerit, praemittunt formulam ἀνοίγειν τὸ ϛόμα *Aperire os*; vt Act. 10, 34 ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ ϛόμα, εἶπεν *Aperuit vero Petrus os et dixit*, h. e. *tum vero Petrus dixit.* Matth. 5, 2 καὶ ἀνοίξας τὸ ϛόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς *Et aperuit os ſuum et docuit eos*, h. e. *docuit eos.* Qui ipſe eſt modus

loquendi

loquendi Hebraicus; vt Dan. 10, 16 וָאֶפְתַּח־פִּי וָאֲדַבְּרָה *Et aperui os meum et loquutus sum*, h. e. *loquutus sum.*

4 Iidem scriptores, narraturi, quod quis quippiam peregerit manu sua, praemittunt formulam ἐκτείνειν τὴν χεῖρα *Extendere manum*; vt Matth. 8, 3 καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς *Tum extendit manum et tetigit eum Iesus*, h. e. *tum Iesus tetigit eum.* Scriptores N. T. imitantur Hebraeos, qui eandem formulam praemittere solent; vt Gen. 8, 9 וַיִּשְׁלַח יָדוֹ וַיִּקָּחֶהָ *Et emisit manum suam et accepit eam*, h. e. *recepit eam.* Vid. ca. 38

IIII *Trigesima* Hebraismorum *classis* continet tales nominum et verborum constructiones, quae, quum apud vulgares Graecos plane non reperiantur, in N. T. tamen passim occurrunt.

1 Ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον *Venire in mundum* significat in N. T. γεννᾶσθαι *Nasci*; v. c. Ioh. 11, 27 ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος *Qui in mundum venturus*, h. e. *nasciturus*, *est.* In V. T. quidem non dicuntur illi, qui nascuntur, *venire in mundum*, sed frequens est formula haec apud Rabbinos, qui *omnes homines vocant* כָּל־בָּאֵי עוֹלָם *Omnes venientes in mundum*, h. e. *omnes nascentes.* Vid. plura loca apud Drusium in Praeteritis Li. IIII init. ad Ioh. 1, 9.

2 Apud vulgares Graecos non inuenitur formula ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς *Exire ex lumbis alicuius*, quae in N. T. idem denotat, quod γεννᾶσθαι ὑπό τινος *Gigni ab aliquo*; vt Hebr. 7, 5 καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραὰμ

Licet egressis e lumbis Abrahami, h. e. *quamuis et ipsi originem trahant ab Abrahamo*, f. *quamuis et ipsi Abrahamo nati sint.* Hebraei quatuor modis *τὸ gigni* f. *nasci* exprimunt. a) Gen. 35, 11 וּמְלָכִים מֵחֲלָצֶיךָ יֵצֵאוּ׃ *Et reges ex lumbis tuis exibunt*, h. e. *a te generabuntur.* b) Gen. 46, 26 יֹצְאֵי יְרֵכוֹ *Qui egressi erant ex femore eius*, h. e. *ex eo geniti.* c) Gen. 15, 4 אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ *Qui exibit ex visceribus tuis*, h. e. *qui a te procreabitur.* d) Gen. 17, 6 וּמְלָכִים מִמְּךָ יֵצֵאוּ׃ *Atque reges ex te exibunt*, h. e. *ex te nascentur.* Apud vulgares Graecos *ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς κοιλίας*, vel *ἐκ τῆς γαστρὸς*, denotat quidem originem alicuius a matre, sed non significat originem a patre, vti in N. T.

3 Graecis inusitatae sunt formulae hae:

a) *ὄπτεσθαι ζωὴν Videre vitam*, pro *ζῆν Viuere*; vt Ioh. 3, 36 *ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν Qui vero filio non obtemperat, is non videbit vitam*, h. e. *οὐ ζήσεται.* cf. ibid. v. 25 et ca. 8, 51.

b) *θάνατον θεωρεῖν* vel *ἰδεῖν Mortem videre*, pro *mori*; vt Ioh. 8, 51 *θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα Mortem non visurum in aeternum*, h. e. *nunquam moriturum.* Sic Hebr. 11, 5 *τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον Ne videret mortem*, h. e. *moreretur.*

c) *Θανάτου γεύεσθαι Mortem gustare* etiam significat *mori*; vt Matth. 16, 28 *οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου Qui non gustabunt mortem*, h. e. *non morientur.*

In his scriptores sacri imitati sunt Hebraeos; vt Pf. 89, 48 וְלֹא יִרְאֶה־מָּוֶת *Qui non sit visurus mortem*,

mortem, h. e. *moriturus*. Formula θανάτε γεύεσθαι non legitur in V. T., ſed apud Rabbinos occurrit. Buxtorfius in Lex. Talmud. in טְעַם *Guſtare* profert locum ex Bereſch. rab. ſ. 9 רָאוּי הָיָה אָדָם הָרִאשׁוֹן שֶׁלֹּא יִטְעוֹם טַעַם מִיתָה *Dignus fuerat Adamus primus, vt non guſtaret mortem*, h. e. *moreretur*.

4 Formula ζητεῖν ψυχήν τινος *Quaerere animam alicuius* ignota eſt Graecis, ſed in N. T. ſignificat *inſidioſe moliri aliquem occidere*, *inſidiari alicuius vitae*; vt Matth. 2, 20 τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητȣ̃ντες τὴν ψυχὴν τȣ̃ παιδίȣ *Mortui enim ſunt ii, qui inſidiabantur vitae pueruli*. Sic Rom. 11, 3 ζητȣ̃σι τήν ψυχήν μȣ *Inſidiantur vitae meae*. Scriptores N. T. imitati ſunt Hebraeos, qui per *quaerere animam* idem denotant; vt 1 Sam. 23, 15 כִּי־יָצָא שָׁאוּל לְבַקֵּשׁ אֶת־נַפְשׁוֹ *Saulem exiiſſe, vt quaereret animam eius*, h. e. *vt eum occideret*. nam ſubintellegitur לְקַחְתָּהּ *Ad capiendum eam*, quod diſerte additur 1 Reg. 19, 10: vel לִסְפּוֹתָהּ *Ad perdendum eam*, vt eſt Pſ. 40, 15. In V. T., qui occidit aliquem, dicitur הִכָּה נַפְשׁוֹ *Percutere ipſius animam*, vt Gen. 37, 21: vel רָצַח נַפְשׁוֹ *Occidere animam ipſius*, vt Deut. 22, 26.

5 Formula ϛηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ Graecis eſt ignota, ſed ſacri ſcriptores ea vtuntur; vt Luc. 9, 51 καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ ἐϛήριξε τȣ̃ πορέυεσθαι εἰς Ἱερȣσαλὴμ *Et ipſe faciem ſuam obfirmauit*, h. e. *decreuit*, ſ. *conſtituit proficiſci Hieroſolyma*. Hoc fit imitatione Hebraeorum; vt 2 Reg. 12, 18 וַיָּשֶׂם חֲזָאֵל פָּנָיו לַעֲלוֹת עַל־יְרוּשָׁלָ͏ִם *Et poſuit*

posuit Hasaël faciem suam, h. e. *decreuit proficisci Hierosolyma.* * Vid. ca. 39 **

V *Tri-*

* Add. Gen. 31, 22: vbi Alexandrini interpretes Hebraicam hanc formulam dicendi intellegenter reddunt per ὁρμᾷν.

** Addi possunt formulae hae:

1 Πληρῦν τὴν καρδίαν τινὸς *Auctorem alicui esse, persuadere alicui, impellere aliquem.* Act. 5, 3 διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σε, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον *Cur passus es te a Satana impelli, vt auderes fallere Spiritum Sanctum.* Est formula Hebr. מָלֵא לֵב, cuius vis et potestas optime, opinor, intellegetur ex loco hoc Esth. 7, 5 אֲשֶׁר־מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן׃ *Qui audeat* f. *sustineat* f. *animum induxerit id facere.* Alexandrini interpretes reddunt ἐτόλμησε. rectissime. Nimirum idem significat quod הֵסִית 1 Chron. 21, 1 et βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς, Ioh. 13, 2. Atqui vtrumque est *incitare, consilium dare, auctorem esse, impellere.*

2 Βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος *Familiariter aliquo vti,* vel *ministrare alicui.* Vid. Matth. 18, 10 et 2 Reg. 25, 19: vbi רֹאֵי פְנֵי־הַמֶּלֶךְ sunt *amici* f. *familiares regis.*

3 Βλέπειν εἰς πρόσωπόν τινος *Auctoritate* f. *dignitate alicuius moueri, eius rationem habere*, Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Quae formula et ipsa videtur Hebraica esse, licet in V. T. non legatur. Reperitur tamen ei similis נָשָׂא פָנִים Gen. 19, 21. 1 Sam. 25, 35 &c. quam Lucas ca. 20, 21 vertit λαμβάνειν πρόσωπον, quod alias vno verbo dicitur προσωποληπτεῖν. Vid. Iac. 2, 9

4 Ἐκζητεῖν τὸ αἷμά τινος *Caedem alicuius vlcisci* f. *vindicare*, Luc. 11, 50. 51. Quae formula respondet Hebraicae בִּקֵּשׁ אֶת־דָּם, 2 Sam. 4, 11.

5 Θέλει σε *Probaris ei, cupit tibi, amat te.* Matth. 27, 43. Est formula Hebr. חָפֵץ בְּךָ. Vid. 1 Sam. 18, 22.

V *Trigesima prima* et vltima Hebraismorum *classis* continet quasdam formulas, quae pro Graecorum aduerbiis vsurpantur.

1 Ὀυκ ἐις τὸν αἰῶνα *Non in aeternum* vsurpatur in N. T. pro ὀυδέποτε *Nunquam*; vt Ioh. 13, 8 ὀυ μὴ νίψης τὀυς πόδας μου ἐις τὸν αἰῶνα *Non lauabis pedes meos in aeternum*, h. e. ὀυδέποτε νίψης *Nunquam lauabis*. Sacri scriptores in hoc imitantur Hebraeos; vt Prou. 10, 30 צַדִּיק לְעוֹלָם בַּל־יִמּוֹט *Probus in aeternum non mouetur*, h. e. *nunquam mouetur*. Graeci vulgo quidem vtuntur formula δι' αἰῶνος, vel ἐις τὸν ἅπαντα χρόνον aut ἐις τὸν ἀεὶ χρόνον, sed non pro aduerbio ποτε *Vnquam*.

2 Pro eodem aduerbio ὀυδέποτε vel ὀυδεπώποτε, vsurpato de praeterito tempore, dicitur in N. T. ἐκ τοῦ αἰῶνος ὀυ *Ab aeterno non*; vt Ioh. 9, 32 ἐκ τοῦ αἰῶνος ὀυκ ἠκούσθη *Ab aeterno non*, h. e. *nunquam, auditum est*. Eodem modo loquuntur Hebraei; vt Ies. 64, 3 וּמֵעוֹלָם לֹא־שָׁמְעוּ *Neque ab aeterno*, h. e. *vnquam, audiuerunt*.

3 Pro eadem particula vtuntur denique formula ὄυτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι ὄυτε ἐν τῷ μέλλοντι *Neque in hoc mundo neque in futuro*; vt Matth. 12, 32 ὀυκ ἀφεθήσεται αὐτῷ ὄυτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι ὄυτε ἐν τῷ μέλλοντι *Non remittetur ei vnquam*. Similis formula vsitata passim est apud Rabbinos. In cod. Talmud.

18, 22. 25. 2 Sam. 15, 26. ca. 24, 3. Ps. 22, 9 &c. Magis tamen animus eo inclinat, vt arbitrer, Matthaeum spectasse formulam dicendi Latinam *velle aliquem*, quae et ipsa significat *amare aliquem*: quam in rem in Fabri Lexico laudatur Burmanus ad Nemes. ecl. 4, 18

Talmud. חֲסִידִים n. CXXXIIII: אָמַר לִבְנוֹ תֶּן־לִי מַיִם יְאוֹתוֹ מַאֲכָל פְּלוֹנִי וְאִם־לָאו לָא אֶמְחוֹל לָךְ לָא בְּעוֹלָם הַזֶּה וְלֹא בְּעוֹלָם הַבָּא *Atque dixit filio ſuo: da mihi aquam et cibum illum vetitum: ſin minus, non condonabo tibi neque in hoc neque in futuro ſaeculo,* h. e. *nunquam.* Vid. Hackſpanius in Nizzachon p. 432

4 Scriptores N. T. pro ᾗ *Qua, quatenus, quia,* vtuntur formula ἐις ὄνομα *In nomen, nomine;* vt Matth. 10, 41 ὁ δεχόμενος προφήτην ἐις ὄνομα προφήτȣ μισθὸν προφήτȣ λήψεται *Qui excipit prophetam nomine prophetae,* h. e. ᾗ προφήτην *qua prophetam, mercedem prophetae accipiet.* Hoc fit imitatione Hebraeorum. In פִּרְקֵי אָבוֹת ca. 6 ſ. 1 ait Ribbi Meir: כָּל־הָעוֹסֵק בַּתּוֹרָה לִשְׁמָהּ זוֹכֶה לִדְבָרִים הַרְבֵּה *Quicunque occupatur in lege nomine eius,* h. e. *quia lex eſt, dignus eſt multis rebus.*

5 Pro λίαν, σφόδρα *Valde* dicunt ſcriptores N. T. ἕως θανάτȣ *Vſque ad mortem;* vt Matth. 26, 38 περίλυπός ἐϛιν ἡ ψυχή μȣ ἕως θανάτȣ *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem,* h. e. *valde triſtis ego ſum.* Ita etiam loquuntur Hebraei; vt Ion. 4, 9 הֵיטֵב חָרָה־לִי עַד־מָוֶת׃ *Merito triſtis ſum ad mortem,* h. e. *valde.*

6 Etiam formulae πρόσωπον πρὸς πρόσωπον et ϛόμα πρὸς ϛόμα pro aduerbio *coram* ſumuntur; vt 1 Cor. 13, 12 τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον *Tunc autem* ſ. *in altera vita coram* ſ. *clariſſime.* Sic 2 ep. Ioh. v. 12 ἐλπίζω ϛόμα πρὸς ϛόμα λαλῆσαι *Spero, me* —— *vobiſcum coram* ſ. *praeſentem loquuturum.* Hoc itidem fit more Hebraeorum; vt Ex. 33, 11 וְדִבֶּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה פָּנִים אֶל־פָּנִים *Et loquutus eſt Ioua*

cum

cum Mose facie ad faciem, h. e. *coram.* * Sic Num. 12, 8 פֶּה אֶל־פֶּה אֲדַבֶּר־בּוֹ *Ore ad os*, h. e. *coram, colloquor cum eo.* **

VI Ex his igitur allatis classibus Hebraismorum sole clarius apparet, et N.T. multis Hebraismis scatere, et Sebast. Pfochenium in Diatriba sua *de linguae Graecae N. T. puritate* frustra tentasse laruam Hebraismis illis detrahere.

* Add. Gen. 32, 30

** Poterat addi classis noua eorum vocabulorum, quae Hebraeorum more a scriptoribus N. T. nonnunquam coniunguntur, sed quorum alterum etiam sine altero possit intellegi: cuius generis exempla quaedam deinceps apponemus. reliqua enim sic facile poterunt ab intellegentibus attentisque vtriusque Foederis lectoribus ipsis deprehendi. Coniuncta nimirum in N. T. saepe leguntur verba haec: συλλαμβάνειν *Concipere* et τίκτειν *Parere*, Luc. 1, 31: πίπτειν *Procidere*, *procumbere* vel, vt est Act. 10, 25, πίπτειν ἐπὶ τοὺς πόδας, et προσκυνεῖν *Venerari*, *adorare*, Matth. 2, 11 et ca. 4, 9: ἀποθνήσκειν vel τελευτᾶν *Mori* et θάπτεσθαι *Sepeliri*, Luc. 16, 22. Act. 2, 29: αἴρειν *Tollere* et θάπτειν *Sepelire*, Matth. 14, 12 et Marc. 6, 29: et ἀναστῆναι *Surgere* et ἔρχεσθαι *Venire*, Marc. 10, 1. Luc. 15, 18. 20; vel ἀπέρχεσθαι *Proficisci*, Marc. 7, 24; vel πορεύεσθαι *Proficisci*, Luc. 1, 39. Sed haec tamen possis etiam ad classem vndetricesimam, si eam paullo aliter constitueris, referre. nam in singulis locis ante positis res, quae posteriori verbo significatur, iam intellegitur sine altero; quod ipsum potest dici de his: φόβος *Timor* et τρόμος *Tremor*, 1 Cor. 2, 3. 2 Cor. 7, 15: φοβεῖσθαι *Timere* et τρέμειν *Tremere*, Marc. 5, 33: πενθεῖν *Lugere* et κλαίειν *Flere*, Luc. 6, 25. Sed idem non omnino valet de istis: τέρατα *Prodigia*, *ostenta* et

et σημεῖα *Miracula*, Act. 2, 43. ca. 4, 30: οἶνος *Vinum* et σίκερα *Sicera*, Luc. 1, 15: θλίψις *Afflictio* s. *mula* et στενοχωρία *Angustiae*, Rom. 2, 9 &c. ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλον *Circumplecti collum* s. *amplexari* et καταφιλεῖν *Osculari*, Luc. 15, 20. Act. 20, 37. Quae adeo nec ad quintam classem recte referes, ni fines eius prorogaris. Igitur si quis quaerat, cur vocabula haec et verba in N. T. tam saepe, in Graecorum libris fere nusquam, coniuncta reperiantur; non melius putem et rectius responderi posse, quam si dicas, id fieri propterea, quod Hebraei soleant verba et nomina, Graecis illis respondentia, saepenumero sic coniungere; id quod satis apparebit ex locis V. T. deinceps positis. הָרָה *Concepit* et יָלַד *Peperit*, 1 Sam. 1, 20: נְפַל *Procidit* et סְגִד *Adorauit, veneratus est*, Dan. 3, 5, 6: מוּת *Mori* et הִקָּבֵר *Sepeliri*, Deut. 10, 6: נָשָׂא *Sustulit* et קָבַר *Sepeliuit*, 2 Sam. 2, 32: קוּם *Surgere* et בּוֹא *Venire*, 1 Sam. 26, 5; vel יָלַךְ *Iuit, profectus est*, Gen. 24, 10: פַּחַד vel חַת *Tremor* et אֵימָה vel יִרְאָה vel מוֹרָא *Timor*, Ex. 15, 16. Deut. 2, 25. Gen. 9, 2: דְּחַל *Timuit* et זוּעַ *Tremere*, Dan. 6, 27: יַיִן *Vinum* et שֵׁכָר *Sicera*, Iud. 13, 4 &c. צָרָה *Angustiae* et צוּקָה *Mala*, Ies. 30, 6. בָּכָה *Fleuit* et הִתְאַבֵּל *Luxit*, 2 Sam. 19, 2: מוֹפְתִים *Prodigia* et אֹתוֹת *Miracula*, Ier. 32, 20 s. נָפַל עַל־צַוָּאר *Amplexatus est* et נָשַׁק *Osculatus est*, Gen. 32, 4. Eodem pertinent etiam haec: ἐξῆλθε πορευθῆναι, Act. 20, 1: ἀπέστειλε-λέγων, Matth. 21, 1 s.: ἐνετείλατο-λέγων, Matth. 17, 9. Sic וַיֵּצְאוּ לָלֶכֶת, Gen. 12, 5: — וַיִּשְׁלַח, לֵאמֹר Ios. 7, 2: וַיְצַוֶּה־לֵאמֹר, 2 Reg. 16, 15. Plura cum de his, tum de caeteris N. T. Hebraismis, aliquando, si deus siuerit, vel ad Stockium vel ad ipsum Vorstium disputabantur.

INDEX

INDEX PRIMVS

LOCORVM CVM V. TVM N. TESTAM

QVAE

IN HOC LIBELLO ET IN NOTIS

LAVDANTVR

Numeri Romani Capita, *Arabici* Sectiones maiores *et* minores *ſ.* paragraphos *indicant*

Ca. 18,

NEHE-

Ca. 3,

INDEX

INDEX SECVNDVS
VOCABVL. FORMVLAR. QVE GRAECARVM N. T
QVAE E LINGVA HEBRAEA DEBENT INTELLEGI

A

Οἶνος

Στό-

INDEX TERTIVS

AVCTORVM QVI IN HOC LIBELLO ET IN NOTIS LAVDANTVR